PHILASTRII EPISCOPI BRIXIENSIS IN LIBRUM de hæresibus Præfatio.



E hæreseωn diuersa pestilentia, uarijsq; erroribus, qui ab origine mundi emerserint, & sub Iudæis defluxerint, & ex quo uenit dominus noster Iesus Saluator in carne pullulauerint, dicere oportet, numerũq; earum paulatim exponere, inimicumq; humani generis Perdici fuisse à Hieremia propheta non immerito cõparatum agnoscere, qui cũ infœcunditatem patiatur, sæpius aliorum furtim fœtus incubans, quasi suos iam fouet ac uindicat filios, usq; ad tempus aliquod: Cumq; eis iam tẽpus ætatis discernens adcreuerit, tunc amissis falsis parenti- *Perdix diabolus.*





parentibus, iura parentum sensu proprio recordantes, palamque oculis intuentes, sequi eos amplius non demorantur. Quorũ causa nobis similitudo hæc nuntiata est, quod diabolo relicto impietatis causa, eius qui orbem terrarum sua sub ditione cũ tenere putaret: Postquam uero Christo parente à nobis uiso & recognito, omissa falsitate parentis mendacissimi, iam ueri parẽtis Christi uestigia sequi omnis homo non moratur, agnoscens quotidie per ænigma: cõpleri enim cognoscimus prophetiam Hieremiæ beatissimi ita dicentem: Clamauit perdix, collegitque, non parturijt, faciens sibi diuitias non cum sapientia, in medio dierum derelinquẽt eum, & in postremo erit insipiẽs. Quod nũc deserentes quotidie omnes gentes idolatriam mortiferam inimici, Christum etiam uerum dominũ de lege & Prophetis audientes, eumque cum patre semper esse credentes ac recordantes, æque ad eum modis omnibus supplices properãt peruolare, ut compleatur prophetia:

tia: Recordabuntur et conuertentur ad dominum Christum omnes fines orbis terrarum.

CATALOGVS EORVM qui ante aduentum Christi hæreseωs arguuntur.

OPHITAE.

Primi sunt Ophitæ, qui dicũtur Serpentini, isti colubrũ uenerãtur, dicentes: qđ hic prior initiũ nobis sciẽtiæ boni & mali attulerit. Vnde ei Dominũ inuidisse asserũt: quia scientiam primus detulerit mulieri bonæ rei atq; malæ, perq; illam ita ad genus omne hominũ permanauerit, propter quod & de cœlo primo deiectus est, inquiunt, in alterũ: unde eum & de cœlo aiunt aduenturum, & uelut aliquam dei uirutem esse eundem æstimant, atque eum adnuntiant adorandum.

CAIANI.

CAiani, qui Cain laudant fratricidam, primogenitum patris nostri ac beati Adæ protoplasti: dicentes ex altera uirtute, id est, diaboli Cain factũ, ex altera autem Abel beatissimum natum, & uirtutẽ maiorem, quæ erat in ipso Cain inualuisse, ut suum interficeret fratrem.

SETHIANI.

SEthianorum hæresis, quæ Seth filium Adæ postea genitum, hocq; appellatũ nomine ueneratur, quod post interfectionem Abel beatissimi natus est, ex quo & Sethiani appellantur, colentes eum ac dicentes: quod duobus creatis hominibus in initio, & angelis in dissensione constitutis, tenuit uirtus in cœlo fœminea: Apud eos enim masculi & fœminæ, dij deæq; esse putãtur. Quod peruidens, inquiũt, mater, quia occisus est Abel iustus, cogitauit ut pareret iustum Seth, in quem & collocauit magnæ uirtutis spiritum, ut possint

destrui uirtutes inimicæ. De Seth autē ipso Christum dominum genus deducere aiunt: Quidam autem ex eis non solum genus de eo deducere, sed etiam ipsum Christum esse asserunt atq; opinantur.

DOSITHEVS.

Dositheus quidam postea, Iudæus genere, ausus est dicere secundum carnem solum esse uiuendum in lege domini, deq; ea non sperans resurrectionem futuram: nec dei spiritum, nec angelum esse credens, nec futurum iudicium de lege atq; Prophetis expectans.

SADDVCAEI.

Sadducæi post istum, à Saddoc homine Iudæo qui hoc nomine uocabatur, qui discipulus fuit illius, qui & cōfirmauit hanc hæresim, ut ex eo Sadducæi dicerentur: Secūdum carnem æque solum prædicant uiuendum, circūcidendum, corpusq; baptizandū. De lege autem diuina non aliud expectantes,

tes, epicuream dementiā potius quàm diuinæ legis iura sectantes. De quibus & in Euangelio scriptum est, docente Domino, contraq; hanc hæresim pestiferam prædicante.

PHARISAEI.

PHarisæorum alia est, quæ resurrectionem futuram confitetur, legē accipit & Prophetas, Christum autem expectat ut iustum hominem. Hij iudaizant, & Euangelia non accipiunt, & quædam tempora Christo domino nostro esse contraria asserunt.

SAMARITANI.

SAmaritani, à Samario rege ita nuncupati sunt: Alij autem aiunt à filio Chanaam, qui hoc nomine Samarius uocabatur, à quo Samaritani sunt appellati. Isti legē accipiunt Moysi, id est, quatuor solum libros, iudicium futurū non expectantes, resurrectionem negātes, Christum dominum dei filium in lege & Prophetis nuntiatum ante non credētes. Animam etiam immortalem

habere

habere hominem iuxta legem non sentientes. Solum autem hoc in corpore uiuendum esse putantes, resurrectionemque futuram in procreatione filiorum, quæ in hoc seculo fit quotidie † hanc æstimantes, eamque prædicantes uanitatem: insensatis quippe pecudibus comparati, ut scriptum est in Propheta: Homo in honore constitutus non intellexit, comparatus pecudibus insensatis, et similis eis factus est. † haud

NAZARAEI.

NAzaræorum hæresis est, quæ legem & Prophetas accipit, carnaliter tamen uiuendum affirmat, omnemque iustificationem in carnali obseruantia consistere suspicatur. Crines etiam nutrientes capitis, omnemque uirtutem iustitiæ in eo putantes consistere, quasi à Sampsone illo sibi hoc præsumentes iudicij, quia Nazaræi uocabantur, à quo postea Pagani fortes uiros ex illius figura usurpantes, Hercules nuncuparunt. *Crines nutrire.* *Hercules.*

ESSENI.

† Eßæi. E † Sseni autē ſunt, qui monachorū uitam exercent, eſcas delitioſas nō ſumentes, nec ſtudium in ueſtimentis gerentes, nec poſſidentes aliquid: lectioni autem & bonis operibus inſiſtentes, in locis etiam ſeparatis habitantes, Chriſtum autem dominum dei filium non expectantes, nec in lege atq; Prophetis eum dominum agnoſcentes annuntiatum, ſed ut Prophetam, aut iuſtum hominem ſolum credentes expectant.

HELIOGNOSTI.

HEliognoſti, qui & Deuictiaci dicuntur, Solem adorantes, atq; dicentes, Solem ſcire omnia quæ dei ſunt; Homines etiam nō alium, niſi ſolem illuminare, Solemq; eis præbere omnia nutrimenta: non cognoſcentes, quod in ſeruitute poſitus curſum ſuum peragrat à deo patre per Chriſtum dominū in ſancto ſpiritu ſtatutum quotidie. De quo ſcriptum eſt; Qui dicit ſoli oriri & oritur,

oritur,& non oriri,& non oritur. Quē Hermes ille uanus paganus Trismegistus docuit,post dominum omnipotētem non aliū nisi Solem debere ipsum & homines adorare,qui cum ad Celtarum prouinciam perrexisset,ipse eos dinoscitur docuisse,atq; huic errori ut succumberēt eisdem suasisse. Quē Solem Iudæi captiuati adorabant,ut Ezechiel Propheta eosdē Iudæos incusando cōdemnat,et acrius crimen maiestatis declarat & arguit contestando sicut scriptum est.

RANARVM CVLTORES.

ALij sunt,qui ranas colunt,quas sub Pharaone per irā dei tunc tēporis Aegyptiorum terra emanauit,ut putore Aegyptios defatigent,inq; eo scelere adhuc perseuerant,putantes dei iram ex hac uana obseruantia posse placari.

MVSORITAE.

MVsoritæ sunt quidam nomine, qui sorices colunt,qui sub Belo

quoq; sacerdote, cum fuisset capta arca testamenti ab Allophylis, atque ex ira dei produxisset terra sorices, ut eorum fruges deperirent, admoniti à suis fecerunt aureos mures, atq; eos cum arca et sedibus aureis remiserunt quinq;, statimq; ab eis desijt pestilentia. Legẽ itaque & Prophetas isti accipientes, non cognoscunt hoc esse uanum & abominabile, quod ab uniuersis contemnitur, & modis omnibus deridetur.

1.Reg.6.

MVSCA ACCARONITAE.

ALij sunt, qui muscam Accaron colũt in ciuitate ita dicta, ut in Regnorum libro scriptũ est: sicuti rex Ozias Iudæorum languens miserat ad muscam Accaron ciuitatem, si sanus fieri posset de languore corporis. Cuius causa beatus Helias iratus zelo diuino Propheta, quia non à deo salutem Iudæorum rex sperare maluit, sed à Musca potius, & Accaron ciuitate: Iratus in hoc beatus Propheta non eum euasurum,

ſed moriturum in lecto ſuo ilico diui-
no ſpiritu pronuntiauit.

TROGLODYTAE.

Troglodytæ, qui ita dicuntur in Iudæis, qui in ſpeluncis habitantes abditis, idola colere non deſinebant, ut ait Ezechiel Propheta, monſtrāte Domino quomodo in ſpeluncis abſconditis ſeniores populi tenentes turibula, idolis ſacrificabant, atque ea cæcis mentibus adorabant.

FORTVNA COELI.

Alia eſt hæreſis in Iudæis, quæ reginam, quam & Fortunam cœli nuncupant, quam & Cœleſtem uocāt in Aphrica, eiq; ſacrificia offerre non dubitabant, ut etiam Prophetæ Hieremiæ Iudæi tunc dicerent ex aperto, cum moneret eos recedere ab idolis, & ſeruire Domino, ſolumq; eū adorare eos debere,

debere, irati exclamãt, dicentes: ex quo illi fortunæ cœli, siue reginæ non sacrificant, ex eo cuncta illis mala & pericula contigisse. Propter quod beatus Hieremias exiens de populo, deq; ciuitate eorum, lamentationes illius causa impietatis in libro conscripserat, casumq; illis atq; ciuitati aduenturum nõ multo post nuntiabat.

Threni Hierem.

BAHALITAE.

SVnt & Bahalitæ in eis, qui Bahal nomen regis Tyriorum detinẽtes memoria, atq; ipsius idolum adorantes eidẽ sacrificabant, ut in Regnorum libro continetur, cum rex Israhelitarum Achab, & Hiezabel uxor eius, illi idolo sacrificare non desinerent. In quo zelo ductus diuino beatus Helias Propheta missus à Domino, ait eis sub nomine iudaismi legẽ cõfitẽtibus, impietati autem pernitiose paganæ seruiẽtibus, & omni populo ita dixit: Vt quid uos claudicatis in utrisq; poplitibus uestris? aut deo deo, aut Bahal Bahal. Et nihilominus

ominus fauens lucorum ſacerdotibus rex atq; regina, diuerſis pœnis & cruciatibus perierunt. Populus etiam nō recedens ab idolis, crebris captiuitatibus interijt.

ASTARITAE.

ALij ſunt, qui Aſthar hominem, et Camos abominationē Chananeorum, & Sydoniorum, id eſt, idola hominum ac mulierum uenerabantur, atq; eiſdem diuerſa offerebāt ſacrificia, quorū cauſa & captiuitas illis regibus & populo tunc temporis permittente Domino ſæpius aduentabat, ſicuti in Regnorum libris cōtinetur. Præter Dauid beatum regē, & Ezechiam ſanctū, & Ioſiam, & Ieſu filium Naue: Alij omnes permittebant populos ſacrificare idolis, ac ſæpius cum illorum interitu & ipſi uerſabantur, non ea deſtruentes, ſed magis impietatis eorum fautores fieri properantes ut reges cæteri, ſicuti libri Regnorum conteſtantur. 4. Reg. 24.

ALia eſt hæreſis in Iudæis, de qua Dominus prophetans incuſabat

eos,

eos, de quibus ea beatus Stephanus martyr
Act.7 increpabat dicēs: Nunquid immolationes & sacrificia mihi quadraginta annis obtulistis domus Israël, dicit Dominus omnipotens? & nūc suscepistis tabernaculū Moloch, & sydus dei Rempham, formas fixorum idolorū & sculptiliū? Propter quod dicit Dominus, transmigratioue uos faciam captiuari in Babylone atque Persarum, & interiora loca alia & arida, & in postrema terrarum omnium.

SVnt & qui aram collocantes, ita dictā Taphet nomine alicuius in ualle filij Ennon, ibidē suos filios, & filias Iudæi dæmonijs immolabant. De quibus dicit Dominus per Prophetam Ezechielē: Ecce fili hominis, uide quid facit populus Israël, iste filios & filias suas in ualle Taphet immolat dæmonijs, quibus ego non mandaui hanc facere iniquitatem in Iraël populo.

PVTEORITAE.

PVteoritæ ſunt qui puteos colunt, in altum fodientes, deq; eis haurientes quaſi aquã ſalutis in ea ſperantes aliquam, cum dicat Dominus per Prophetam monendo: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi lacus detritos, qui non poſſunt capere aquam ſalutarem. Quod ergo ante dicebat per Prophetam, in ſua diuina complebat præſentia, dicens: Omnis qui ex hac aqua terreſtri biberit, rurſum ſitiet: de aqua autẽ quam ego ei dabo nõ ſitiet in æternũ, quã ego ei dedero, ſi biberit non ſitiet in æternũ, ſed erit ei ſaliens in uitã æternã: Quippe erit gratia Chriſtiani baptiſmi ſalutaris humano generi conceſſa à Domino ſaluatore.

HAereſis eſt quoq; in Iudæis, quæ ſerpenti ſacrificabat, & uſq; ad Ezechiam regem Iudæorum eandẽ impietatem celebrabat. Serpenti enim in libris Regnorum uſque ad Ezechiam 4.Reg. 19.

ſacrificabat

ſacrificabat æreo populus Iudæorum, quē Moyſes facere iuſſus fuerat in exitu Iſraël de Aegypto, cum à ſerpētibus morderentur Iudæi murmurantes, atq; deperirent inique, iuſſit Dominus ut faceret Moyſes ſerpentem æreū, ac ſuſpēderet eū in medio populi ſupra lignū, & qui intuebantur in eum ſaluabātur à plagis atq; diuerſis uulneribus: Illi ergo ſerpenti æreo uſq; ad regem Ezechiam ſacrificabat Iudæorū populus, formationes etiam in lapide magno, uelut obeliſco, qui erat in templo poſitus pro columna, & in eo inciſiones & impreſſiones manu hominum, & ut literarum quarundem ſculpētes Iudæi, & formulas diuerſas tollentes, & ponentes in lamina baiulabant in collo: incātationes etiam docentes, & uelut philacteria habentes, imò potius exercētes maleficia eadem percolebant, atq; inde alligaturas & tutamina ſuo portabant & portant in pectore, quæ Dominus ubiq; in lege uetuerat fieri: quia paganæ cæcitatis hæc erat impietas. Has igitur beatiſ-

ſimus

ſimus Ezechias rex impreſſiones ſiue ſculptiones deleri iuſſit, atq; ferro radi penitus atq; excindi, æreum etiam ſerpentē deponi atq; frangi præcepit: pro quo merito eſt liberatus à Domino de obſidione tanta Perſarum & Aſſyriorum, tunc temporis qui uenerant captiuare Iudæorum populum, atq; ciuitatem, ut illa nocte, qua timebat Barbaros rex Ezechias, angelus Domini de cœlo deſcenderet, centūq; et octoginta quinq; milia alienigenarū obſidētia ciuitatē nocte ſilēti pcuteret, atq; omnes homines exanimes atq; mortuos mane regi, omniq; Iudæorum populo demonſtraret.

ALia eſt hæreſis, ut Ezechiel Propheta dei iuſſu peruidit, ſub terra in ſpelunca ſtantes ſeptuaginta uiros ſeniores Iudæorum, tenentes thuribula, diuerſisq; formarum ſculptilibus ſacrificantes eoſdem, atq; eadem adorātes.

processisse monstrabat, ut ex eis Bahalitæ appellarentur: Nam ut est genus, aut Græcorũ, aut Anitiorũ, & aliorum, ita ex parentibus suis omnis illorum emerserit progenies, ut ex uno nomine impia generatio Belitæ dicerentur: Itaque mortui cum in monumẽtis ponerẽtur, & progenies illorũ itidem sepulta in eo loco hoc nomine à suo populo meruit à posteris nuncupari, ut Belitæ appellarentur à sua generatione pristina. Belus autẽ siue à proprio nomine, siue à fortitudine belli, quia multos superabat tũc temporis, hoc nomen aut cognomẽ habere sortitus est, deq; hac re Iudæorum populus impietatẽ gentiliũ sequendo à diuina scriptura accusat̃, quod sacrificãtes illis, id est, regibus, & eorũ filijs, omniq; cognationi illorũ, sequẽtes diuersis captiuitatibus tradebantur. *Bahalitæ* *Belus.*

ALia est hæresis in Iudæis, quæ Bahal idolum, aut Balaam Pseudoprophetam, qui de Mesopotamia aduenerat cõtra Moysen beatissimum asserunt nomen accepisse: quia Balac

tunc temporis rex Moabitarum illum rogauerat, ut ad eum iret, & maledice ret populo Iudæorũ. Et quia ut Pro/ pheta in scripturis ante dicebatur, con tempto autem præcepto Domini ad Pseudoprophetæ postea descendit inte ritum, contra dei populum cogitando, Judæi ut pagani sub hoc uocabulo ido lum facientes ipsius, colere illud non desinebant.

ALia est hæresis de Phitonissa, quæ cooperiẽtes uestimentis mulierẽ, ab ea quædam responsa sperabant pos se consequi: unde & aiũt Phitonissam illam beati Samuelis animam ab inferis excitasse: atq; inde maxime credi posse homines usque hodie plurimi suspican tur, quæq; dixerat regi Sauli superstiti Propheta beatissimus, ea etiam in ex/ ecutione quasi ei iterum respõsa dixis se cognoscit uera: Cumq; plurimi huic adquiescere mendacio malint, in perpe tuum descendunt interitum, cum Pro pheta dicat: Iustorum animæ in manu Domini

Domini,& non tangit eas mors. Quo
modo itaq; anima impia,piam sanctãq;
animam, & Prophetam maxime pote
rat ab inferis excitare? Sed qa ignorant
quod recedentes animæ à fide Christi
Domini, deditas iam se impietati faci
unt,atque ei omni se studio subijciunt:
quia arbitrij sui est omnis homo,quod
uelit ut eligat facere permittente deo.
Sed quia recessit à Domino, ut im-
mũdus spiritus iam ei dominaretur,du
bijs & claudicantibus in lege diuina,
quod dixit beatus Helias: Aut deo deo.
aut Bahal Bahal. Qui enim adhæret
Christo unum corpus est,& qui immũ
do spiritui unus consensus est. Et A-
chab rex Iudæorum, cum crederet Se-
dechiæ,& alijs falsis Prophetis, uerũq;
Prophetam Domini Michæam conte-
mneret, interrogat Dominus immun
dum spiritum,adhuc bonitatis loco re-
gi concesso à Christo Domino usq; ad
tempus aliquod,ut si uellet credere Pro
phetæ uero procellam periculi deuita-
ret:si nollet, magisq; crederet Pseudo-

ꝓphetis sine dubio deperiret: Ita enim interrogat Dominus immundum spiritum dicens: Quis seducet regem Achab Israelitarum, ut uadat in pugnam & ibi interficiatur? Et ecce immundus spiritus aduenit dicens: Ego uadam & faciã. Et ait Dominus ad immũdũ spiritum: quomodo id facies? Et ait immundus spiritus ad Dominum: Faciam me quasi angelũ lucis, & uerba similia eloquar, & ducã eũ in præliũ, atq; ibi eum deferam, & sic morietur. Et ait Dominus ad eum: Vade, sic facies. Ideoq; & Apostolus ait: Non magnum est, si & Satanas transfiguret se uelut in angelũ lucis, cum ipsius satellites transfigurantur, & ita decipiunt multos uisu, uerbo, aut persuasione non alterius rei: quippe uisu quasi uerisimili, ut cum uerbis ueluti similibus, & uisibus quasi bonis & non malis in tempore uolunt credere atq; eis inhærere, homines ineuitabilem æternæ mortis incurrant sententiam, diuersisq; post exitum corporis pœnis & cruciatibus pessundentur.

Quod

Quod & regi Iudæorum illo tempore periculum superuenit, quod falsis magis quàm ueris dei Prophetis credere maluisset.

EST hæresis in Iudæis, quæ Asthar, & Astharoth post Moysi defunctionem, successionemque Iesu filij Naue colentes ad captiuitatem gentilium tradebãtur: Nam Asthar & Astharoth homines & fœminas, figurasque eorum colebant, quæ nomina regum Syriorũ fuerunt & Aegyptiorum, quorum filij filiæque cum à suis populis colerentur, post etiam templa illis facientes, post mortem illorum progeniem ibidem sepelientes, deorum dearumque eis nomina offerebant cum sacrificijs itidem: nam Asturtiũ est in Syria aliqua diuersa & plurima, quæ de gente Chananæorũ omnis hæc illo tempore exarsit impietas, quã Moyses gentẽ cũ omni suo populo eradicare iubebat̃ à Domino. *

HERODIANI.

ALij Herodiani sunt, ab Herode rege Iudæorum ita appellati: isti resurrectionem confitentur, legem & Prophetas accipiunt: Herodem autem regem Iudæorum percussum ab angelo, ipsum ut Christum sperantes expectant.

CATALOGVS EORVM qui post Christi passionem hæreseωs arguuntur.

POst passionem autem Christi domini nostri, & ascensionem in cœlum, Simon quidam fuit Magus, genere Samaritanus, de uilla, quæ est Citheus uocitata, qui magicis uacans artibus multos fallebat: dicens se esse uirtutem quandam dei, quæ supra omnes uirtutes esset. Quem Samaritani quasi patrẽ uenerantur, & suæ hæreseωs institutorẽ perniciose extollunt, multisq́ eum laudibus præferre nitũtur, qui baptizatus à beatis Apostolis, recessit à fide eorũ, scele

ſceleratamq́ꝫ & pernitioſam hæreſim ſeminauit, dicens ſe transformatum putatiue, id eſt quaſi umbram, & ita ſe paſſum fuiſſe, cum non, inquit, pateretur. Qui & audebat dicere mundum ab angelis factum: angelos autem factos à quibuſdam ſenſibus de cœlo prædictis, eosq́ꝫ fefelliſſe genus hominum. Intellectum autem quendam alium aſſerit eſſe, qui deſcendit in mundum ſalutis cauſa hominum, Helenam illam, inquit, quæ in Troiano bello à Poëtis uaniſſimis edita nuntiatur, & uirtutes, inquit, quæ mundum fecerāt, concupiſcētia ductæ illius Helenæ, ſeditionem mouebant: Iſta enim dans, inquit, cōcupiſcētiā illis uirtutibus, & in figura fœminæ apparens, aſcendere in cœlū non poterat: quia uirtutes in cœlo quæ erāt, non eam permittebāt aſcendere: expectabat autem uirtutem aliam, id eſt, Magi ipſius Simonis præſentiā, quæ eam ſaluaret adueniēs. Ligneum etiā equū, quem Poëtæ uaniſſimi dicunt in Troiano bello fuiſſe, per allegoriam aſſerit

quod illa machina ignorantia erat uniuersarum gentium impiarum, cum cōstet illam Helenam, quæ cum Mago erat de Tyro, meretricem fuisse, hancq; eundem Simonem magum fuisse secutam, & cum eadem diuersas magias, diuersaq; scelera perpetrasse. Qui cum fugeret beatum Petrum Apostolum de Hierosolomitana ciuitate, Romamq; ueniret, ibiq; pugnaret cum beato Apostolo apud Neronē regem, deuictus undiq; oratione beati Apostoli, atque percussus ab angelo, sic meruit interire, ut eius magiæ euidens mendacium cunctis hominibus patefieret.

MENANDRVS.

POst hunc Menandrus quidam nomine, qui discipulus factus ipsius, impietatem est eius secutus in omnibus.

SATVRNINVS

SATVRNINVS.

SAturninus quidam paulo post & ipse sumens inde fomēta doctrinæ mortiferæ, asserebat dicens: Mundum ab angelis factum, & distare angelos à uirtute illa, & mundum esse diuisum per ordinem angelis, & cogitasse eos ut facerent hominem: fecerunt itaq; hominem: & opus, inquit, ipsorum erat homo: De uirtute enim superna lumen dicunt fuisse dimissum, quod illuminauit mundum istum, & ad concupiscentiam adduxit angelos, statimq; ascendit in cœlum: At illi cupidi ipsius luminis facti, uirtutē eius uidere cupiebant: Non præualentes autem, ad inuicem dixerunt: Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram: & facto homine, quia impotens erat, saluari non potuit: Videns itaque uirtus superna, quod illi hoc fecerunt, misit scintillam, quæ correxit hominem, & suscitauit, & fecit eum uiuere. Scintillam itaque uolunt

saluari, alia autem uirtutibus illis quæ
fecerunt dimitti, ac derelinqui suspican
tur: Christum autem umbratiliter appa
ruisse affirmant, non carnem hominis
ueram, & animam accepisse, atq; omnẽ
œconomiam mysterij Saluatoris ita cõ
plesse.

BASILIDES.

BAsilides, qui & Hæresiarches di-
citur à multis, quia de lege & Pro
phetis, & Apostolis proponendo & lo
quendo, sentiẽdo autem aliter, iura ui-
olabat Christianæ ueritatis. Qui cũ ue-
nisset Aegyptũ, docebat ita definiens:
de innato & solo deo natum fuisse intel
lectum, de intellecto uerbum, de uerbo
sensum, de sensu autem & uirtute sapi-
entiam: de uirtute autẽ & sapientia prin
cipatus & potestates, & angelos factos
diuersos: Ipsi enim angeli fecerunt, in-
quit, cœlum, post illos alij angelij fece
runt cœlum, ita ex alijs alij prolati fece
runt tertium cœlum, qui secundum or
dinem & alij, inquit, fecerũt trecentos
sexaginta quinq; cœlos, & imponit uir
tutibus

tutibus illis nomina angelica, & ipse magijs uacās itidem multos imperitos decepit. Hominem autem ab angelis factum asserit: Dominum etiam uerū omnipotētem, & eum audet angelum dicere, & accepisse genus Iudæorum in hæreditatem, & eduxisse eos de terra Aegypti. Hic ergo audacior factus, elatus est, inquit, aduersus cæteros angelos, & uolens in subiectione habere alios, habuit contrarias gentes, quas commouerunt uirtutes inimicæ eius. Ideo & contra Iudæos diuersæ gētes, inquit, surrexerūt. Christum autem dicit quasi per umbram putatiue passum fuisse. Simonem etiam Cyreneum pro eo ad passionem uenisse affirmat: Ipse enim, inquit, portauit eius crucem. Hic etiam male permittit uiuere, & dat licentiam uitijs secularibus inhærere: prohibet etiam pati martyriū homines pro nomine Christi, dicens ita: ignoras quid desideras; non enim passus est, inquit, Christus, neq; crucifixus est: quomodo itaque potes, inquit, confiteri hūc crucifixum,

xum cum non ſit crucifixus, & ignoras qui paſſus ſit?

NICOLAVS ANTIOCHENVS.

NIcolaum Antiochenum aduenã qua ſit amentia deceptus, uideamus, qui ſub Apoſtolis fuit, atq; ab eis eſt electus diaconus ſeptimus, ut ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorũ. Poſteáque recedens ab eis, atque à ſana doctrina, diuerſis erroribus & fallacijs peſſundatus eſt. Qui fuit primum cum Apoſtolis, & Stephano beatiſſimo martyre: qui dicit & ipſe uirtutes eſſe plurimas, unde & Gnoſtici, qui ſcire ſe aliquid putant, maxime emerſerunt: Iſti Barbelo uenerantur, & Noram quandam mulierem. Alij autem ex eis Ialdabaoth quendam, alij autem Calacaun hominem: Dicunt autem & dogmata ponentes iſta: Ante erant ſolũ tenebræ, & profundum ex aqua, atq; terræ diuiſio facta

Gnoſticorum origo.

o facta est in medio, & spiritus separa
it hæc elementa. Tūc ergo tenebras in
ıentes in spiritum genuerunt quatuor
ıeonas, & isti quatuor genuerūt alios
uatuor Aeonas: Hoc aūt dextra atq;
nistra lux, inquiunt, sunt, & quēdam
ıam concubuisse cum illa muliere &
irtute dicunt, de qua nati sunt dij, &
omines, & angeli, & septem spiritus
æmoniorum. Addunt etiam Prophe-
s quosdā natos de ea specioso nomi-
e & Barraban. Alij autem Euangeli-
m consummationis, & uisiones ina-
es, & plenas fallaciæ, & somnia uidere
iuersa asserunt delirantes.

ALij autem ab Iuda traditore insti
tuerunt hæresim, dicentes: bo-
um opus fecisse Iudam, quod tradide
t Saluatorem: Hic enim, inquiunt,
obis omnis scientiæ bonæ autor ex-
ıit, per quem cœlestia nobis mysteria
manifestata

manifestata sunt: Virtutibus etenim in cœlo nolentibus pati Christum, & scientibus quod si fuerit passus, uitam hominibus donaturus sit: Hoc sciens, inquit, Iudas, quod si fuerit passus Christus, salutē hominibus allaturus esset, hinc tradidit Saluatorem. Hoc autem malum adsertionis impiæ quibusdā uanis & uæcordibus quasi uerisimile uidetur esse interdū, cum sit in omnibus contrarium & execrabile, cum Propheta Dauid ante, & Dominus saluator damnauerit, & beati Apostoli sententiam domini aduersus eum confirmauerint edocentes.

CARPOCRAS.

POst istum Carpocras nomine surrexit, & ipse dicens: Vnum principium, de quo principio, id est, de deo, prolationes factæ sint angelorum atque uirtutum: quæ autem uirtutes deorum sint, fecerint creaturam istam uisibilem ubi nos consistamus. Christum autem dicit non de uirgine Maria, & diuino

spiritu

iritu natum, ſed de ſemine Ioſeph ho
inem natum arbitratur, deq́ eo natū
rnaliter, ſicut omnes homines, ſuſpica
r. Qui poſt paſſionem, inquit, melior
ter Iudæos uita integra, & conuerſati
ne inuentus eſt, cuius animam in cœ-
m ſuſceptam prædicat: carnem uero
terra dimiſſam æſtimat, animæq́ ſalu
n ſolum, carnis autem non fieri ſalu
n opinatur.

CERINTHVS.

Erinthus ſucceſſit huius errori, &
ſimilitudini uanitatis, docens de
neratione itidem Saluatoris deq́ cre
ura angelorum, in nullo diſcordans
eo, niſi quia ex parte ſolum, legi con
ntit quod à deo data ſit, & ipſum Do
num Iudæos eſſe æſtimat, qui legem *
dit filijs Iſraël. Docet autem circunci
& ſabbatizari, & Chriſtum nōdum
urrexiſſe à mortuis, ſed ſurrecturum
nuntiat. Apoſtolum Paulum non ac
it, Iudam traditorem honorat, Euan
lium ſecundum Matthæum ſolū acci

c pit,

Tria euãgelia abijcit.

pit, tria Euangelia ſpernit, Actus Apoſtolorum abijcit, beatos martyres blaſphemat. Hic ſub Apoſtolis quæſtionẽ ſeditionis commouit, dicẽs debere circuncidi homines, cuius cauſa contra illum, & hæreſim eius decreuerunt in ſuis Actibus Apoſtoli ſententiam, nõ debere iam homines Iudaiſmo, id eſt, circuncißioni, alijsq́ talibus ſuperſtitionis uanæ parere carnalibus, qui de gẽtibus uenientes credebant in Chriſtum Dominum noſtrum ſaluatorem.

HEBION.

HEbion diſcipulus Cerinthi, in multis ei ſimiliter errans, Saluatorem noſtrum hominem de Ioſeph natũ carnaliter æſtimabat, nihilq́ in eo diuinitatis fuiſſe docebat, ſed ſicut omnes Prophetas, ſic & eum gratiam dei habuiſſe adſerebat, non tamen Dominũ maieſtatis, & dei patris filiũ, cum patre ſempiternũ eſſe credebat, cum diuinæ ſcripturæ Dominum ſempiternum, cũ patre uero æq́ ſempiterno ubiq́ teſtentur ac prædicent.

VALENTINVS.

POst istum Valētinus quidam sur rexit, Pythagoricus magis quàm Christianus, uanam quandam ac perniciosam doctrinam eructans, & uelut arithmeticam, id est, numerositatis nouam fallaciam prædicans, multorumq; animas ignorantium captiuauit. Et in primis quidem fuit in ecclesia, elatior autem factus postmodum, errore non paruo deceptus est, degensq; in Cypri prouincia, cœpit hoc definire: Nihil erat aliud ante, inquit, in mūdo, nisi Profundum maris & Silētium, quod Poëtæ chaos adserūt, deq; hoc Profundo & Silentio edocens processisse Intellectū, & Veritatē: de Intellectu autem & Veritate, Verbū & Vitam; de Verbo autē & Vita, hominem & ecclesiam: de homine autem & ecclesia processisse duodecim Aeonas, id est, secula: & de uerbo & uita decem Aeonas processisse: De Intellectu autem & Veritate octo Aeonas, & esse hanc τριάκοντα seculorum, id est, triginta Aeonas. *Valentini decreta.*

De ogdoade ergo & decade, & duodecade consistere triginta Aeonas deliberat. Dicit autem Christum à patre, quem Profundum nomine appellat, ad totius mũdi salutem fuisse dimissum, deq́ꝫ cœlo eum carnem detulisse, nihil autem accepisse de sancta uirgine, sed ut aquã per riuum, ita transisse per eam affirmat. Animã ergo solam saluari, corpus autem hominis non saluari arbitratur.

PTOLEMAEVS.

ALij sunt successores ipsius, Ptolemæus, qui doctrinam æque uanã intulit, dicens quatuor esse Aeonas, & alios quatuor, nouum quid uolens cõmẽti falsi decernere, quàm Valentinus doctor eius est ementitus.

SECVNDVS.

POst hunc quidam Secũdus nomine, Aeonas similiter docẽs factos, adserit tamen infinitos. Christum autẽ quasi per phantasiam apparuisse, id est, ueluti umbram humano generi, & nõ

ueram

ueram carnem hominis habuiſſe ſuſpi
catur.

HERACLEON.

POſt hunc Heracleon diſcipulus ipſius ſurrexit, dicens: principium eſſe unum, quem Dominum appellat, deinde de hoc natum aliud, deq; hijs duobus generationem multorum aſſerit principiorum, cum ſuis itidem delirans doctoribus.

MARCVS.

MArcus autem quidam poſt iſtũ ſucceſſor eius, numerum & mẽſuram, & calculum, rationem etiã computationis faciens literarum, quaſi ueri ſimilis & cuiuſdam rei nouæ inuentor, cum æſtimaret à quibuſdã ſe poſſe laudari, non in paruam itidem erroris incurrit amentiam: dicit enim ita, uiginti quatuor literæ ſunt, quæ perfectionem habent omnium rerum. Propter quod & Chriſtus, inquit, dicebat: Ego ſum α & ω. Dicebat etiam quod in poſtremo

tempore Christus descendet ad Iesum in figura & similitudnie columbæ, & Christū ipsum columbā esse docebat, quæ descendit, inquit, ad duodecim Aeonas, id est, ad duodecim Apostolos, et unum ex eis cecidisse, id est, Iudam æstimabat: Christum autem putatiue dicit apparuisse, & passum fuisse quasi per umbram, non tamen uere passum corpore arbitratur.

BASSVS.

Septenario numero omnia constare.

POst hunc C. Bassus, similiter in literis, & numero elementorum astrorumq; septem, uitam omnium hominum, & generationem consistere asserebat, non in Christi maiestate & potentia, neque in ipsius carnali præsentia ueram hominum sperari salutem aduertebat.

CERDON

CERDON.

Cerdon autem quidã surrexit post hos, peius suis doctoribus prædicans, qui cum uenisset Romam de Syria, ausus est dicere duo esse principia, id est, unum deum bonum, & unũ malum: & deum quidem bonum, bona facere, & malum, mala. Iesum autem saluatorem non natum asserit de uirgine, nec apparuisse in carne, nec de cœlo descendisse, sed putatiue uisum fuisse hominibus, qui non uidebatur, inquit, uere, sed erat umbra: unde & putabatur quibusdam pati, non tamen uere patiebatur.

MARCION.

Marcion autem discipulus eius, genere Ponticus, de ciuitate Sinope, urbẽ Romam deuenit, ibiq́ degens sceleratã hæresim seminabat, atq; interrogãs presbyteros sanctos ecclesiæ catholicæ, sensus sui eis errorem mortiferũ propinabat, dicẽs ita: Quid est qđ in Euãgelio dicẽte Domino scriptũ est:

Nemo pannum rudem mittit in uesti-
mentum uetus, neq; uinum nouum in
utres ueteres, alioquin rũpentur utres,
& effundetur uinum: Et iterum: Nõ est
arbor bona, quæ faciat malũ fructum,
neq; arbor mala, quæ faciat bonum fru
ctum. Deq; hoc accipiens interpreta-
tionem à sanctis presbyteris non acqui
escebat ueritati, sed magis Cerdonis
sui doctoris firmabat mendaciũ, & iste
similiter unum deum bonum, & unum
malum adnuntians, Christum autem
putatiue apparuisse, id est, quasi per um
bram, & passum eum fuisse umbratili-
ter, non tamen in uera carne credebat.
Κατὰ Λουκᾶν autem Euangelium solum
accipit, non Euangelia, nec Epistolas
Pauli Apostoli, nisi ad Timotheum, &
Titum: quæ enim de Christo dicunt, ut
de deo uero, prætetit: quæ autem quasi
de homine dicunt scripturæ, ea accipit
capitula, et neq; Christum iudicem esse
omnium confitetur. Qui deuictus atq;
fugatus à beato Ioanne Euangelista, et
à presbyteris de ciuitate Ephesi, Romæ
hanc

hanc hæresim seminabat.

LVCANVS.

LVcanus post istum quidam simi-lia Marcioni statuens ac decernẽs, ut ille doctor ipsius Marcion est in o-mnibus ementitus.

APELLES.

FVit Apelles discipulus eius, simi-lia in quibusdam Marcioni prædi-cans, qui interrogatus à quibusdã, quo nam modo de fide sentiret, respondit, non mihi opus est dicere à Marcione, ut duo principia adseram coæterna: ego enim unum principium esse prædico, quem deum cognosco, qui deus fecit angelos, fecit etiam alteram uirtutem, quem deum scio esse. Secundum, qui et uirtus dei est, quæ fecit illum. Hic autẽ deus qui fecit mundum, nõ est, inquit bonus, ut ille qui fecit illum: subiectus' autẽ est deo illi, à quo & factus est iste, qui & nutui & iussioni & præceptis pa ret illius in omnibus: Cuius Ariani nũc

cōsortes sunt atque fautores, sic prædicantes atque sentiētes. Dicit autē Christum in carne apparuisse, non tamē sicut Valentinus de cœlo carnem desumpsisse: Ait etiam post passionem non carnem surrexisse, sed de quatuor elementis, quæ de mundo acceperat, eaque in terrā dimisisse, ipsum in cœlum sine carne ascendisse asserit. Sub Apostolis itaque hæ fuerunt hæreses per ordinem.

CATALOGVS HAERESEωn, quæ sub Apostolis extiterunt.

TACIANVS.

POst Decij autem persecutionē fuit Tacianus quidam discipulus sancti Iustini martyris, qui recessit à ueritate post passionē ipsius: doctrinamque tanti ac tam beati martyris, & magistri contempsit in omnibus, dicens Aeonas quosdam de cœlo fuisse prolatos. Addens etiam hoc: Adam

dam patrem nostrum protoplastũ non saluari, Aeonas autem nuntians sicut Marcion delirauit. Qui etiam generationem hominum execratur, & ius nũptiarum legitimum abijcit, idq́ iuris à deo statutum non confitetur.

CATAPHRYGES.

ALij autem post istos surrexerunt Cataphryges, in Phrygia prouincia habitantes, isti Prophetas & legem accipiunt, patrem & filium & spiritum confitentur, carnis resurrectionem expectant, quæ & catholica ecclesia prædicat: Quosdam autem suos Prophetas, id est, Montanum nomine, & Priscillam, & Maximillã annuntiãt, quos neque Prophetæ, neque Christus nuntiauit: Addunt etiam plenitudinem sancti spiritus non per Apostolos Christo dante fuisse cõcessam, sed per illos suos Pseudoprophetas æstimãt impertitã, et separãt se à catholica ecclesia ꝑ illos suos Pseudo

Pseudoprophetas, & falsos doctores: Hij mortuos baptizant, publice myste ria celebrant, Pepurā uillā suā, quæ sic dicitur in Phrygia, Hierusalem appel- lant, ubi Maximilla, et † Priscilla, et ipse Montanus, uitæ tempus uanum, & in- fructuosum habuisse dinoscuntur. Vbi & mysterium † Cynicorū, & infantis execranda celebratur impietas: Dicunt enim eos de infantis sanguine in Pa- scha miscere in suū sacrificium, suisq; ita ubiq; emittere perniciosis & falsis sa tellitibus.

† Prisca.

† Scenicorum.

THEODOTVS.

POst istos Theodotus quidam By zantinus genere, denegator Chri sti dei nostri in persecutione extitit Sal- uatoris, qui cœpit dicere, docēs ita: Cō munis homo erat, ut omnes homines Christus. Hoc autē dicebat, ut denega tionis opprobriū ab hominibus nō am plius pateretur, cogitans, quod si qui ei diceret, quare negasti Christum deum ac Dominum? diceret, quod hominem negaui,

negaui, non deum. Isti utuntur capitulis scripturarum, quæ de Christo ueluti de homine edocent: quæ autem de deo dicunt, ea uero non accipiunt. Legētes & nullo modo intelligentes, impietatisq; paganæ, & cæcitatis Iudaicæ consortes se potius quàm Christianæ salutis participes demonstrantes.

SVnt alij dicentes μετάνιγμον, id est, filium intrare in patrem, et ut uas in uase inesse, ignorantes quid asserant, cũ Saluator non dixerit filium in patrem intrare, sed æqualitatis causam in diuinitate & potentia docuerit, non introitum aut continentiam, ut illi æstimant, impertitam. Et separant se à Catholica ecclesia, propter illos suos Pseudoprophetas insaniũt, id sentientes, & nõ intelligētes, q̄d qualis immẽsus est pater, talis est & filius, talis est & spiritus sanctus, æqualis in omnibus, ita ut sit immobilis trinitas, immẽsa, & omnipotens, atq; sempiterna ubiq;, quæ nobis nuntiatur ex sanctis scripturis apertissime,

tiſſime, ut & ſint tres perſonæ uiuentes in perpetuum, & æquales in omni maieſtate, & potentia: filius tamen & ſpiritus ſanctus de patre ſint proprie.

DE MELCHISEDECH.

POſt iſtos alij recedentes ab hijs dixerunt ſimilia, addunt etiam Melchiſedech ſacerdotem uirtutem dei magnam eſſe, & nomina quædam diuerſa hominum adſerunt à fide catholica diſſonantes.

NOETIANI.

ALij autem Noëtiani inſenſati, cuiuſdam nomine Noëtiani: qui dicebat patrem omnipotentem ipſum eſſe Chriſtum, & ipſum natum, & ipſum paſſum, & ipſum mortuũ fuiſſe in corpore: hic etiam dicebat ſe Moyſen eſſe, & fratrem ſuum Heliam Prophetam.

SABELLIVS.

SAbellius post istum de Lybia disci pulus eius, similitudinem sui docto is itidem secutus est & errorem, unde & Sabelliani postea sunt appellati, qui & Patripassiani, & Praxiani, à Praxea, † & Hermogene, qui fuerũt in Africa, qui & ita sentientes abiecti sunt ab ec/clesia catholica.

† Hermogeniani ab Hermogene.

QVæ est hæc uanitas Galatarum, Seleuci & Hermiæ hæreticorum? qui cum uolunt deum esse corporeum, hylen etiam, id est, materiam mundi co æternam esse cum deo asserunt, & materiam quidem elementorum, quæ est sine anima, irrationabilis scilicet, quæ facta est à deo patre per filium ex nihilo, ut possit esse quæ ante non erat, non ita accipiunt: Spiritum autem hominis, id est, animã non factam à deo per filium, sed de terra esse aiunt: malum autem a/liquando à deo, aliquando esse à ma/teria adserunt. Saluatorem autem in carne negant sedere ad dexteram patris,

patris, ſed expoliaſſe carnem, & poſuiſſe in ſolem æſtimãt: quia dixit Propheta, cum neſciant quid dixerit: In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ. Paradiſum uiſibilem affirmant ex Platone, & iſti uanitatibus ſeruientes, & animas hominum de igne & ſpiritu eſſe æſtimãtes, iſto baptiſmo non utuntur, propter uerbum hoc, quod dixit Ioannes Baptiſta: Ipſe uos baptizabit in ſpiritu & igne. Iſti angelos dicunt creatores eſſe animarũ noſtrarum, non Chriſtum ſaluatorem: *Mundus infernus.* Mundum autem iſtum infernum eſſe adſerunt, & reſurrectionem in filiorum procreatione hanc eſſe prædicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram atq; glorioſam annuntiant expectantes.

PRODIANITAE.

ALij ſunt diſcipuli horũ, qui Prodianitæ appellantur, & Hermiotitæ, addunt etiam diuerſos errores, docẽtes; quod in Ezechiele Propheta ſcriptum

tum est de quatuor animalibus, quod
conem regem esse pastorum, uitulum
Aegyptiorũ, aquilã Romanorũ, homi
ne uero pijssimorũ tenere similitudinẽ
arbitrãtur. Hij Sapientiæ libro utuntur
Sirach illius, qui scripsit post Solomo- *Sirach*
nem, id est, post multa tempora librum *liber.*
unum Sapientiæ. Christum autẽ in car
ne uenisse negantes, resurrectionem &
iudicium non sperantes, de uirgine na-
tum eũ nõ credentes, qui in locis Gala-
tiæ commorantur, & ut uulpes latitan-
tes plurimos deprædãtur, sicut Solomõ *Cant. 2.*
testatus est dicens: Prendite nobis uul-
pes minimas, exterminantes uineã Do
mini saluatoris.

FLORIANI, SIVE CARPO
CRATIANI.

Floriani etiam, siue Carpocratiani dicunt, q & Milites uocãtur, quia de militaribus fuerunt, negantes iudicium atque resurrectionem, Christum natum de uirgine non credentes, omnẽque resurrectionem in filiorum procreatio

d ne,

one nefandi cœtus æstimantes consiste re, ut in ecclesia sua post occasum solis lucernis extinctis misceri cum mulierculis nō dubitauerint, legis præceptum implere putantes: Nascimini & multiplicamini. Iudaismo potius & paganitati parere nefandæ, quàm christianæ ueritati acquiescere properantes, pecudumq; potius uitam & amentiam detinētes, quos & scriptura uitæ pecudum comparauit.

Promiscui concubitus.

SVnt & qui de die Paschæ saluberrima ambigunt, adserentes quartadecima luna celebrandum esse Pascha, non sicut ecclesia catholica celebrat: & mense Martio semper celebrādum adserunt: & cum hoc faciunt, diē non Dominicam semper custodiunt Paschæ, non computantes horas & dies, sed secūda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut sexta die celebrant, & ex hoc errore non cognoscunt diem Paschæ Domini nostri ueram, & salubrem unam orbi terrarum statutam, & confirmatā à Domino cursu numerali lunæ mēsibus & embo-

embolismis, & cum hæc non computant, ignorant quid celebrant.

CHILIONETITAE.

ALia est hæresis Chilionetitarum, id est, mille annorum, quæ docet ita: Cum uenerit Christus de cœlo, mille anni illi erunt iterum nobis carnaliter ad uiuendum, generandum, & manducandum, sicut fit nūc in hoc seculo quotidie, ignorantes escam cœlestem, id est immortalitatis illud præmiū affuturū, non hoc caducum & trāsiens, cum Dominus in Euāgelio Iudæis quibusdam hoc suspicantibus: Nescitis, inquit, scripturas, & uirtutē earum ignoratis: nam in die iudicij nō nubēt, neq; nubuntur, sed erunt sicut angeli. Et iterū Apostolus dicit: Nō est regnū dei esca et potus, sed iustitia, pax, & gaudium in spiritu Domini sempiternum.

POst hos sunt hæretici, q Euangeliū κατὰ Ιωάννην, & Apocalypsim ipsius nō accipiūt, & cū nō intelligunt uirtutē scripturæ, nec desiderant discere, in hæresi permanēt pereūtes, ut etiā Cerinthi

illius Hæretici esse audeāt dicere & Apocalypsim itidem, non beati Ioannis Euangelistæ & Apostoli, sed Cerinthi hæretici tunc ab Apostolis beatis Hæreticus manifestatus, abiectus est ab ecclesia.

Cerintho Euangeliū Ioannis adscribitur.

MANICHAEI.

MAnichæi post hos de Persida à Mane homine, siue Turbone ita dicto surrexerunt, fomenta de illis pernitiosa sumentes prioribus, qui duos deos, unum bonum, & unū malum esse adserētes, & pugnam inter deum & Dominum esse prædicantes, & hominis quidem animam de deo esse proprie putantes, corpus autem à diabolo factum arbitrātur. Resurrectionem negantes, iudicium non sperātes, dæmonia colentes, elementa adorātes, deorum dearumq́ nomina, ut Pagani, inuocantes, & masculofœminas quasdam esse docentes, & utriusque naturæ participes, et nefandæ turpitudini seruientes, qui ab Archelao sancto Episcopo,

Archelaus.

po in disputatione superati, abiecti, atque notati, manifestati sunt uniuersis in illo tempore, & ut latrones iam sub figura confessionis Christianæ multorum animas mendacio, ac pecudiali turpitudine non desinunt captiuare, qui & in Hispania, & quinque prouincijs latere dicuntur, multosque hac quotidiæ fallacia captiuare.

PATRICIANI.

PAtriciani à Patricio quodam, qui fuit Romæ, dicti sunt. Hij carnem hominis non à deo factam asserunt, sed à diabolo arbitrantur. Hanc etiam contemnendam, & modis omnibus abijciendam decernunt, ut etiam ultro quidã de eis sibi mortem inferre non dubitauerint.

SYMMACHIANI.

SYmmachiani discipuli istius, eadẽ sentiẽtes in omnibus, non sperantes iudiciũ, uitijs secularibus, & carnalibus concupiscentijs prædicant seruiendũ.

PAVLVS SAMOSATENVS.

PAulus quidam fuit Samosatenus post hos in Syria, qui uerbum dei, id est, Christum deum dei filium substantiuum, ac personalem, & sempiternum esse cũ patre denegabat: prolatiuum autem, id est, quasi aëra quendam dicebat, non tamen personam uiuam filij sempiternam cum sempiterno patre credendam docebat. Hic Christum hominem iustum, nõ deum uerum prædicabat, iudaizans potius, qui & circuncisionem docebat, unde & Zenobiam quandam reginam in oriente tunc temporis ipse docuit iudaizare.

Zenobia.

PHOTINVS.

PHotinus doctrinam eius secutus, in omnibus similiter prædicabat, inq; hoc mendacio perseuerans, proiectus est de ecclesia Sirmiensium ciuitatis, à sanctis Episcopis superatus.

ARIANI.

ARiani ab Ario presbytro Alexandriæ ciuitatis, qui sub Alexandro Episcopo bonæ memoriæ fuit, &

Constantino

Constantino sancto imperatore, dicẽs filium dei deo similem: nominetenus similem autem dicens, & non dei ipsius patris diuinam credendo substantiam, hæresim periculosam incurrit: nã & creatura similis deo dicitur, cum dicat scriptura: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Non tamen est homo, aut angelus, de deo proprie ac naturaliter, id est, de diuina illa substantia patris inenarranda, & sempiterna genitus, ut unicus filius, qui genitus est de patre proprie sempiternus, sed homo & angelus facti sunt ex nihilo: Filius autẽ cũ sit uerus, oportet de diuina illa substãtia patris genitus cognoscat: Verus eñ deus alio modo esse non potest filius unicus, nisi sit de patris illa diuina substãtia ꝓprie genitus. Sẽpiterna similitudo itaq; filij & secundũ opa, qa sicut facit pater, & filius similiter facit oĩa, et dei ipsius est qualitatis diuina substãtia genitus, qa de ipso natus est ꝓprie sempiternus, nõ factus ex nihilo ut homo, et angelus, aut creatura aliqua est.

SEMIARIANI.

SEmiariani ſunt quoq;, hij de patre & filio bene ſentiũt, unam qualitatis ſubſtantiam, unam diuinitatem eſſe credentes: ſpiritum autem non de diuina ſubſtantia, nec deum uerum, ſed factum atq; creatum ſpiritum prædicantes, ut eum coniungant & comparent creaturæ: cum Chriſtus Dominus patri & ſibi in fide baptiſmi ſalutis æternæ cõiunxerit, eumq; cum patre & filio cunctis credentibus adorandum iuſſerit, omniq; ſeculo deum uerum prædicandũ ſtatuerit. Nõ intelligentes, quod Euangeliſta cum dicit: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil, non de ſpiritu ſancto dicit, quaſi factum ſpitum per filium: nam Propheta trinitatẽ omnia feciſſe uiſibilia & inuiſibilia deſinit, dicens: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. In omni itaq; creatura, quæ facta eſt per ſpiritum, non aliquid prætermiſit quod non per eum factum ſit, alioq

Pſal. 23.

in fide

in fide seruus cum Domino non iungeretur, si esset creatura diuinus et sanctus spiritus. Cuius causa omnis scriptura, et Dominus cōcedi omnia peccata hominibus, præter blasphemiam diuini & adorandi spiritus cœlesti essentia pronuntiauerit.

EVNOMIANI.

EVnomiani post hos, ab Eunomio discipulo Arij, in omnibus inimici ueræ fidei, aiunt tres esse diuersas qualitatis substantias, ut auri, argenti, & æris, & patrem quidem fecisse filium, & iterum filium, qui sit creatura, fecisse spiritum: & adserunt filium non patri esse similem, quia creatura est: neque spiritum filio similē, quia à filio factus est, magis impietati paganæ, & iniquitati iudaicæ consentientes apertissime, quàm christianæ doctrinæ, ac fidei catholicæ parere uolentes.

ALij sunt, qui circa incorporationem aberrant, dicentes non ani-

mam ueram hominis rationalem acce pisse Saluatorem, sed corpus solum hominis, & cum subtrahũt animam à corpore, ueram denegant hominum salubritatem. Quomodo itaque potest dici anima, quæ non sumpta est à Saluatore? cum Saluator dicat: Tristis est anima mea usque ad mortem. Alioquin anima dici non potuit, nisi esset in eo cuius causa aduenerat. Itaq; hæc utraque in comparatione Saluatoris, id est, corpus erat & anima, quæ pro nostra salute dignatus est sumere. Scire nos conuenit, quod et animam ueram hominis habuit, intellectum habentem, & corpus hominis sensum carnalem itidem, ut & dolere possit corpore, & emori: Tamen de sancto spiritu facta hæc cognoscitur caro, & creata anima scilicet, sicut scriptum est in Euangelio: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit te. Et quod animam ueram habuit, dicens: Animam meam pro uobis pono. Et de carne passi

bili ad Thomam: Quod ſpiritus non habet oſſa & carnem, ſicut me uidetis. Et Apoſtolus Petrus de Saluatore teſtatus eſt, dicens: Huius anima non derelicta eſt in inferno, nec caro eius uidit corruptionem. Ex quo autem incarnatus eſt, & homo noſtræ cauſa ſalutis, & deus uerus creditur, cognoſcitur, colitur, & in eccleſia catholica prædicatur.

TROPITAE.

TRopitæ ſunt, qui dicunt conuerſum uerbum in carnem, non intelligentes quod ait Apoſtolus Ioannes: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: Non attendentes, quod uerbum eſt immutabile, & inconuertibile, id eſt, deus dei filius: Caro autem quã accepit pro noſtra ſalute, ipſe eam formando adſumpſit, & induit noſtræ cauſa incapacitatis. Ad eum uiſendum itaque res iſtæ in unum coniunctæ pro noſtra ſalute, non mutationem

uerbi in carnem, ſed aſſumptionem magis rei uiſibilis declarabant, ut inuiſibilis per uiſibilem carnem uideri poſſit, credi atq; cognoſci, & ab humano genere capaciter adorari.

SVnt etiam hæretici, qui circa paſſionem aberrant, dicētes: quod in paſſione dimiſerit deus noſter Chriſtus carnem, & ſic aſcenderit in cœlū, ut non ſit iam in carne diuinitas: neq; em̄ poſt paſſionē reſurrexit in carne, neq; cū carne aſcēdit, inquunt, in cœlū, cū ſalus omnis hominum in paſſione carnis ipſius, & reſurrectione, & aſcenſione in cœlum conſiſtat, ſine cūctatione nobis et credētibus uniuerſis: cum & Apoſtolis angeli dixerint pro noſtra fide ac lætitia, in Actibus Apoſtolorum: Quod ſicut uidiſtis eum aſcendentem in cœlum, ſic eum iterum ſperate uenturum de cœlo.

A E R I I.

AErij, ab Aërio quodam ſic appellati ſunt, qui abſtinentijs uacant,


& in

& in prouincia Pamphilia quàm plurimi commorãtur, qui & Encratitæ dicũtur, id est abstinentes. Hij non possidẽt aliquid, escas abominantur, quas deus cum benedictione humano generi tribuit, damnant etiã de lege nuptias, non à deo institutas asserentes.

BORBORIANI.

Alia est hæresis Borborianorum, qui uitijs implicati seculi, & malis concupiscentijs seruientes, non sperant iudicium futurum, sed potius carnalem seculi concupiscentiam laudãt. Hij itaq; in cœnum euntes, & inde obliti de cœno facies & membra sua deformantes, eadem re cunctis uelut culpandam dei creaturam demonstrantes: cũ illa uorago culparum et uitiorum perniciosa damnatio ex hominum uoluntate, non legis diuinæ promissione descenderit.

ARTOTYRITAE.


Rtotyritæ sunt nomine, ex re ipsa imposito, in Galatia, qui panem & caseum offerunt, non illud quo ecclesia catholica & apostolica celebrat offerendo.

ASCODROGITAE.

ALij sunt Ascodrogitæ in Galatia, qui utrem inflatum ponunt & cooperiunt in sua ecclesia, & circumeunt eum insaniẽtes potibus, & bachantes, sicut Pagani Libero patri, insanis mentibus more gentilium furentes, & non intelligentes, quod ait Saluator: utres nouos sumendos, inq; eos nouum uinum mittendum, non in ueteres. Et cum suis cæcitatibus properant inseruire, alieni modis omnibus christianæ salutis reperiuntur, cũ Apostolus deijciat iustificationẽ illã iudaicã carnalemq; uanitatem: Christi autem ueram & plenam confirmet scientiam dicens: Vetera trãsierũt, et ecce noua omnia p Christũ facta sunt. De lege enim & umbra dicebat Dominus, & de suæ gratiæ plenitudine

nitudine: Duorumq́ hominū, quod ait Apostolus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de coelo coelestis. Quod enim erat per umbrā, & quod erat futurū in Domini praesentia maius & melius, hoc nuntiabat docēdo, ac rebus testantibus confirmando.

ALij sunt Passalorinchitae, qui digitū imponentes in nares, & ora sua, & in labia, quasi silentiū semper exercēt, nō rei aliae nisi taciturnitati, quasi studiū cōmodantes. Hoc autē faciētes quasi Prophetas cupiūt imitari, quia ait Dauid Propheta: Pone Dñe custodiā ori meo, & ostiū circūstatiae labijs meis. Et qa ieiunijs beati Prophetae uacātes silentiū saepius cōmodabāt, inde usurpantes isti aestimāt obseruādū, Pythagoricā uanitatē potius q̄ Prophetarum coelestem uitā, & sapientiā sequi ꝓperātes.

AQVARII.

AQuarij sic dicti sunt, qui in sacramentis coelestibus offerūt tantū aquam, nō illud quod ecclesia catholica & apostolica facere consueuit.

Sunt

SVnt nonnulli, qui Prophetas quotidie adſerunt, & prophetias fieri prædicant, ignorantes legem & prophetas uſq; ad Ioannem fuiſſe Baptiſtam, finemq; legis & prophetarum in Christi præſentia completum, atq; conſummatum.

COLVTHIANI.

COluthiani, à Colutho quodã ita dicti ſunt in Aegypto, qui dicunt Dominum malorum non eſſe factorẽ. Cõtrà autem alter quidam opponebat dicens: Dominum malorum eſſe factorem, qui & ipſe eſt hæreticus pariter, & cum utriq; contẽtione ferrerentur inani, neſcierunt potentiam rationis: Scriptura enim deum facere bona, & nihilominus & mala facere prædicauit, cum dicat Propheta: Ego ſum dñs qui facio pacẽ, & creo mala. Et alter Propheta: Si eſt, inquit, malitia in ciuitate, quã deus non fecit. Sed mala iſta nõ natura eſſe dixit ſcriptura à deo facta, ſed cauſis exiſtẽtibus hominum, ſcilicet in lege

Malorũ autor quomodo deus ſit.

peccantium

peccantium Domino, quæ sunt tentationes persecutionis diuersæq; angustiæ, quæ deo permittente insurgũt peccãtibus, sicut scriptũ est: Quis dedit Israël in direptionẽ, nónne Dominus cui peccauerunt, & noluerunt in uijs eius ambulare? Non autem fecisse malã deũ naturã, dicit scriptura alicubi: Ecce enim omnia ualde erant bona, quæ fecit deus, in libro Geneseωs, id est, creaturæ mundi. Et alibi Propheta dicit: Quoniam deus malum non fecit, neq; delectatur in perditione uiuorũ. Quia ergo nõ causa dei creantis est mala naturaliter, sed hominum uoluntatis, quæ obnoxia legi dei urgetur, & coërcione constringitur, cõuersionis causa à Domino hæc inferuntur hominibus quotidie. Cum ergo hæc dicũtur, quomodo dicta sunt ignorantur: quæ enim putantur hominibus in coërcione mala, hæc eruditionis & utilitatis sunt plena, quæ hominũ uoluntas peruersa pati meretur, cum dicat Apostolus: Nunquid iniustus deus qui infert iram suam hominibus? Non Gen. I. Tob. 4.

tamen ſine utilitate & emolumento fu
turo hæc cuncta humano generi fieri
permittũtur: iuſtus enim in tribulatio-
ne ſuſtinẽdo fidelior & iuſtior compro
batur, peccator autem aut peccare deſi
net emendatus, aut perſeuerãs de mun
do tollitur, ne in corpore cõſtitutus am
plius delinquere uideatur. Ergo aut e-
mendatus cum ſupereſt adhuc in cor-
pore bonum iam opus facere non retar
dabit, aut mens coërcetur ut deſinat à
peccato, quod ait Apoſtolus: Qui mor
tuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.

ALia autem eſt hæreſis, quæ dicit
mundum non mutari, ſed in eo-
dem ſtatu ſemper manere, etiam poſt
Domini noſtri Chriſti de cœlis præ-
ſentiam, cum ipſe dicat: Omnia tran-
ſibunt & mutabuntur. Hoc autem non
intelligunt mutationis cauſa elemento
rum dictum fuiſſe à Domino, ut hijs
mutatis noua creatura reformetur, qđ
Pſal.101. & Dauid docet: Ipſi peribunt, tu autem
ipſe es in æternum. Et Dominus: Cœ
lum

lum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Et: Ego facio nouum cœlum, & nouã terram, dicit Dominus. Restauranda potius ergo non pereunda annuntiat elemẽta, & quamuis impossibile deo non est, ut qui fecit ex nihilo omnia, ut iterum delere possit omnia, quod ait beatissimus Iob: Si autem destruxerit uniuersa, quis ei dicet, quid fecisti? Ergo si ita senseris, omnipotentiam Domini Christi cognosces, sin ea restauranda quis æstimat sequenter intelliget: nam etsi pereunda semina scriptura demonstrat, id est, ipsum mundum ad nihilũ deuenire posse, tamen quia quod fecit non deperit: fecit enim, ut ait Solomon, ex nihilo omnia, ut possent esse quæ non erant, & in resurrectione hominum non pereunda semina, sed ad gloriam maiorem uenientia demõstrat, ut ait Apostolus: Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale: seminatur in corruptione, surgit in incorruptione. Et ipse iterum Apostolus: Expectatio enim

creaturæ reuelationem filiorum dei expectat: uanitati enim creatura subdita est nõ uolens, sed propter eum qui subiecit in spe futuræ gloriæ dignitatis. Propter quod & ipsa creatura, inquit, liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Ostendẽs itaque à gloria ad gloriam processura elementa, id est homines, cum hac ipsa uisibili creatura, cum dicit Dominus: Sol tunc septempliciter lucebit. Transeuntia ergo erunt elementa ad maiorẽ iam gloriam, inque ea permanenda cum hominibus, quamuis et ad nihilum possit adducere, qui fecit omnia dominus. Sed in hoc est eminens Christi maiestas & potentia, quod ad gloriã eadẽ maiorẽ elementa transire permittit: Nam & Apostolus elementa hæc liquescere, & ad nihilum uenire nuntiat pariter & prophetat.

EXCALCEATI.

EXcalceatorũ est hæresis, quæ excalceatos ambulare debere homines

nes adſerit, quod ſub Moſe, inquiunt, dictum eſt: Solue calceamenta tua. Et quod Eſaias ita ambulauerit tribus annis, quæ magis humana, ac uanæ ſuperſtitionis ſunt, non traditionis ſanctorũ ac domini noſtri Ieſu Chriſti iuſſionis, & imperij, eiusq́ poteſtatis.

NOVATIANI.

NOuatiani ſurrexerunt poſt perſecutionem poſtremam à Nouato quodam, qui, ſicut eccleſia catholica, credebant antea uetus Teſtamentum, & nouum accipientes. In perſecutione autẽ, quia lapſi ſunt multi fideles, & in pœnitentiam ſuſcepti ſunt à catholica eccleſia, irati, imò potius præſumptione ducti ac ſuperbia, uanam doctrinam conati ſunt ſeminare, ſeparãtes ſe ab eccleſia catholica, atq; à Chriſti bonitate ac miſericordia diſſonantes, atq; dicentes: Non eſſe fideli poſt baptiſmum locum aliquem pœnitentiæ: Ignorantes quod per Prophetam clamat: Viuo ego dicit Dominus, nolo mortẽ peccatoris, ſed Ezech. 18.

magis ut reuertatur & uiuat. Si ergo dixerint de hijs qui baptizādi sunt dixisse scripturā, non tamen fidelibus, audiant Saluatorem post baptismū aquæ dicentem de baptismo alio pœnitentiæ scilicet passionis ita: Baptisma habeo, inquit, baptizari, & quàm festino si sciretis. Ostendēs utiq; nobis post baptismum quē per aquàm ante dederat, aliud etiam passionis pœnitentiæ humano generi ab ipsius bonitate, & clementia labentibus concedēdum, atque ab eodem Domino tribuendum. Quod Apostoli intelligentes de passione eius saluberrima, post illam primā gratiam humano generi etiam hoc eum contulisse prædicabant: Ut prouisor enim & omnipotens, peccantibus concedit per pœnitentiam, ut qui lapsus est surgens ac pugnans iterum, inq; ea perseuerans speret se posse à Domino desiderandā uictoriam adipisci: In Christo enim & eius clemētia, & iustitia, bonitas & propter peccātes et pœnitētes abūdat quotidie, ut Paulus testatus de illis est, qui

Luc. 12.

peccati

peccati causa non egerant pœnitentiam, ut dixit in sua Epistola: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et rursum: Ne ueniam ad uos, & iterum me humiliet Dominus propter quosdam, qui non egerunt pœnitentiam. Et Petrus Apostolus mago Simoni dixerat: Age pœnitentiam, si quo modo dimittatur tibi quod fecisti. Et Paulus quem abiecerat eum suscipi post tempus iterum iubet. Amissionem itaque dignitatis possunt perpeti tales, non detrimentum salutis, ut ait Dominus: Multæ mansiones sunt apud patrem meum.

MONTANISTAE.

Montanistæ sunt, qui rebaptizant si quos seduxerint homines, & supra baptismum ecclesiæ catholicæ aliud suum baptisma insanientes promittũt, qui & Donatiani dicuntur, à quodam Donato in Africa constitu- Donatus

 to,

to, qui hanc hæresim seminauit, qui & Parmeniani nunc appellantur à Parmenione quodam, qui eorum nuper successit erroribus atq; falsitati.

Parmenio.

ABSTINENTES.

SVnt in Gallis, & Hispanis, et Aquitania, ueluti abstinẽtes, qui & Gnosticorum & Manichæorum particulam pernitiosissimam æque sequuntur, eandemq; non dubitant prædicare, separantes persuasionibus cõiugia hominum, & escarum abstinentiam promittẽtes, quæ non ex legis præcepto, sed promotionis cœlestis, & dignitatis causa uolũtati hominum talis à Christo concessa est gratia. Dicit enim Dominus Petro: Non omnes capiunt hoc uerbum. Et iterum idem Dominus ait: Qui dimiserit uxorem suam sine causa criminis, facit eam mœchari. Aliud est itaq; consensu communi hoc fieri laudis causa maioris consequendæ à Domino, & aliud contra legem suadere, contraq; amborũ

Matth. 5.

facere

facere uoluntatem. Et iterum: Qui non manducat, manducantem non spernat, & qui manducat, nō manducantē non iudicet. Quod ex uolūtate est itaq; laudis est amplioris, imò potius mercedis cœlestis est desiderium: quod autē extra legem est, non à deo Christo est traditum, sed inani hominum præsumptione, & errore inuentum: Scriptum est enim de uobis omnia edere sicut fœnū. Hoc autem ideo faciunt, ut escas paulatim spernentes dicāt eas nō esse bonas, & ita non à deo hominibus escæ causa fuisse concessas, sed à Diabolo factas ut adserant, ita sentiūt. Inq; hoc iam creaturam non à deo creatam, sed à diabolo eam factam prædicare nitūtur, perq; hoc mendacium multorum animas captiuarunt.

CIRCVITORES.

IN Africa sunt qui Circuitores dicūtur, hij circumeunt terras, & quos inueniunt in uia cogunt eos ut interficiantur ab illis: dicentes se desiderare pa-

ti martyrium, & sub causa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex hijs uelut biothanati moriuntur, sese dantes ad præcipitium, diuersumq; subeunt calamitatis interitum: qui cum sine causa perire ita properant, honestæ mortis sustinent detrimenta, & iudicio dei futuro se potius implicant, quàm soluunt.

NEc desunt, qui cum hominibus non sumunt escas, præsumptione ducti inani, putantes se melius quid facere: quia & Prophetæ hoc, inquiũt, faciebant, ignorantes diuersam œconomiam Christi Domini esse statutam hominibus. Hij de patre & filio bene sentiunt, de spiritu autem non recte accipiunt, creatum credentes esse & factum sanctum spiritum, non deum, sicut scripturæ nuntiant, & ecclesia catholica prædicat.

Alia

ALia est hæresis, quæ adserit cum Iudæis debere fieri Pascha. Isti in Galatia, & Syria, & Phrygia commorantur, & Hierosolymis, & cum Iudæos sequantur simili cum eis errore depereunt. Inque hoc & suum Iudæi confirmant mendacium, cum peruidẽt quosdam Christianos indoctos legis eorum magis sequi uanitatem, quàm regulam catholicæ ueritatis, & nihilominus illi cũ istos cõcelebrãt, ut cõsortes Iudæorum criminis & sceleris manifestantur, atque ab omnibus dinoscuntur.

APOCRYPHI.

HAeresis est etiam quæ Apocrypha, id est, secreta dicitur, quæ solum Prophetas, & Apostolos accipit, non scripturas Canonicas, id est, Legẽ & Prophetas, uetus scilicet & nouum Testamentum. Et cum uolunt solum illa apocrypha legere studiose, contraria scripturis Canonicis sentiunt, atque paulatim dogmatizant, contra eos dantes sententias; contra legem &

Prophetas,

Prophetas, contraq́ dispositiones beatissimorum Apostolorum consulta ponētes, è q̀bus sunt maxime Manichæi, Gnostici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alij quàm plurimi, qui apocrypha Prophetarum & Apostolorū, id est, Actus separatos habentes, Canonicas legere scripturas contemnunt. Propter quod statutū est ab Apostolis, & eorū successoribus, nō aliud legi in ecclesia debere catholica, nisi Legem, & Prophetas, & Euangelia, & Actus Apostolorum, & Pauli tredecim Epistolas, & septem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ unam, & unam Iacobi, quæ septem Actibus Apostolorum coniunctæ sunt. Scripturæ autem abscōditæ, id est, apocrypha, etsi legi debent morū causa à perfectis, non ab omnibus legi debent, qui non intelligentes multa addiderunt & tulerunt, quæ uoluerunt hæretici: Nam Manichæi apocrypha beati Andreæ Apostoli, id est Actus, quos fecit ueniēs de Ponto in Græciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes Apostolum:

Quæ debeant in ecclesia legi.

Apocrypha à quibus possint legi.

Andreæ acta.

lum: Vnde & habent Manichæi, & alij tales Andrææ beati, & Ioannis actus Euangelistæ, beati & Petri similiter Apostoli, & Pauli pariter Apostoli, in quibus, quia signa fecerunt magna, & prodigia, ut & pecudes, & canes, & bestiæ loquerentur, etiam & animas hominũ tales, uelut canum & pecudum similes imputauerunt esse hæretici perditi.

Ioannis acta. Petri acta. Pauli acta.

SVnt alij quoq;, qui Epistolã Pauli ad Hebræos non adserunt esse ipsius, sed dicũt aut Barnabæ esse Apostoli, aut Clemẽtis de urbe Roma Episcopi. Alij autem Lucæ Euangelistæ aiunt Epistolam etiam ad Laodicenses scriptam. Et quia addiderunt in ea quædã non bene sentiẽtes, inde non legitur in ecclesia, etsi legitur à quibusdam, non tamen in ecclesia legitur populo, nisi tredecim Epistolæ ipsius, & ad Hebræos interdũ. Et in ea quia rhetorice scripsit, sermone plausibili, inde non putãt esse eiusdem Apostoli. Et quia & factum Christum dicit in ea, inde non legitur.

Pauli ad Laodicẽses epistola.

Ad Hebræos epistola in ecclesia non legitur.

De

De pœnitentia autem propter Noua- tianos æque. Cum ergo factum dicit Christum, corpore nō diuinitate dicit factum, cum doceat ibidem quod diui næ sit & paternæ substantiæ filius, qui est splendor gloriæ, inquit, & imago substantiæ eius. Pœnitudinem etiam non excludit docendo, sed diuersum gradum dignitatis ostendit inter hunc qui integrum custodiuit, & illum qui peccauit. Dignitatis est igitur detrimē tũ in eo qui peccauit, non damnũ salu- tis. Nam si fortiter quis pugnauerit per martyriũ, recipiet pristinam dignitatē, aut si cōdigne in hoc seculo uixerit, im petrat quod desiderat adipisci. Nam in ipsa epistola rebaptizatores excludit, non baptismum pœnitentiæ abnegat. Conferendum quod interdum in mul tis fructuosum inueniatē pœnitētibus, quod postea fide, uita, bono opere, & in hoc seculo à Dño collaudati sunt perseuerantes iam in rebus bonis & o- peribus fructuosis, quod Dominus di- xerat per Prophetam: Non ero memor

malorum eius, sed bonorum potius si iam in bonis permanserit operibus.

MELITIANI.

Melitiani sunt à Melitio quodam in Aegypto, qui de parte fuerat Ariana, & abiectus est ab ecclesia catholica, qui postea quasi uerum sequendo susceptus est, & discipuli eius cum eo pariter. Atq; iterum indiffere͂ter post hæc agere cupientes, communicabant & hæreticis & ecclesiæ catholicæ. Quorum cum cognouisset indifferentiam, exortes eos suæ communionis effecit ecclesia catholica.

RHETORII.

Aliĳ sunt in Aegypto & Alexãdria à Rhetorio quodam qui omnes laudabat hæreses, dicens omnes bene sentire, & neminem errare ex eis, sed ambulare bene omnes illos, & male eos non credere sentiebat. Si itaque omnes laudabat, que͂ uituperabat? Ergo nõ tenet quod uerũ est. Et Photinus ergo laudãdus est hæreticus, q Christũ dominum

minum negat esse ante secula cum patre. Et omnis hæresis, quæ blasphemat aut in patrem, aut in filium, aut in spiritum. Cur itaque blasphemos hæreticos laudat, cum eos Christus Dominus ex hoc iam seculo damnauerit, dicens: nõ dimitti hominibus blasphemiam in spiritu sanctum blasphemantibus & perseuerantibus, neq; hic, neque in futuro? Propter quod constat & istum esse hæreticum, imò potius nihil scire, qui eos laudandos non uituperandos & abijciendos iudicauerit.

ALia est hæresis, quæ dicit diuinitatẽ doluisse, cum caro pateret in cruce coniuncta diuinitati: errans in eo quod nõ solũ diuinitas pati non potest naturaliter, nec teneri, neq; uideri, uerum etiam nec anima hominis, quæ
Matth. à deo facta est, dicẽte Domino: Nolite
10. timere eos qui occidunt corpus, animã autem non possunt occidere, sed timete hunc potius, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Erant itaq;

modis

modis omnibus, qui dicũt diuinitatem Christi esse natura passibilem, & impie sentiũt aut doluisse, aut fleuisse, aut ingemuisse passio enim Christi est carnalis, naturaliter non diuinitate dolẽte. Ideoq; nõ cognoscebatur à Iudæis qui erat in carne passibili loquendo, qui de lege & Prophetis deus uerus nuntiabatur, palamq; in carne uenturus prædicabatur, dicẽte Propheta: Deus palàm ueniet. Et iterum eodẽ Propheta Dauid: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Qui est enim calix, nisi eius passio? qui tantæ bonitatis munus & clementiæ humano generi conferens, ab Iudeorum iniquissimo ignorabatur populo. Passus itaq; est carne passibili, nõ diuinitate naturaliter impassibili, qui & agnoscitur, & creditur non absente tamen diuinitate, sed coniuncta cum corpore pariter propter mysterium consumationis statutum ac definitum antea. Quod sciens Apostolus non separauit in cruce diuinitatem à carne, dicens: Si enim cognouissent, nunq; Dominum

f maiestatis

maiestatis crucifixissent. Paulus itaque coniunxit utrunque, ut Christi bonitatē & misericordiā nobis manifestaret plenissimam. Petrus autem Apostolus qd' natura est passibile, & quod est impassibile docuit ex aperto, dicens: Mortuus quidem est corpore, uiuificatus autem spiritu. Neque ergo caro à diuinitate, nec diuinitas à carne aberat, cum caro pateretur humana naturaliter, & in hoc ipsa permittente Christi diuinitate mysteriū nostræ causa salutis cōsūmabatur à Domino, ut plena deuictio fieret inimici, ut in quo uidebatur ut homo pati, qui deus erat in carne, nō sibi sed nobis iam uinceret inimicum, nobisque ante deuictis in sui passione, in eum credentibus uincendi potentiam aperiret, eumque sequētibus cœlestem gloriā ministraret. Nō ergo dei naturalis passio & dolor talis in diuinitate eius gignebatur, sicut quidam æstimant, alioquin homo solum erat, non deus & homo, ut scriptum est

ptum eſt, ſed myſterium noſtræ cauſa ſalutis æternæ conſummabatur, quod ante fuerat nuntiatum à lege pariter & Prophetis.

Est hæreſis quæ dicit ueluti triformem deum eſſe & compoſitum, ut quædam pars patris, quædam filij, quædam ſpiritus ſancti ſit: atque ita credi debere adſerit, & hoc dicens neſcit, nec intelligit diuinæ ſcripturæ ſententiam: Triformem enim quandam dicens ſubſtantiam, multo blaſphemat maxime, ignorans quod alter eſt qui miſit, alter qui miſſus eſt. Ergo eſt uera perſona patris quæ miſit filium, & eſt uera perſona filij quæ aduenit de patre, & eſt uera perſona ſpiritus quæ à filio & patre miſſa eſt. Trium itaque harum perſonarum una eſt ueritas, maieſtas, & ſubſtantiæ æqualitas, & diuinitas ſempiterna. Qualis eſt enim immēſa & inenarrāda patris perſona,

ſona, talis eſt & filij, talis eſt & ſancti ſpiritus: ut in diſtinctione nominum ac trium perſonarum non ſit aliqua naturæ diuerſitas. Immēſibilis eſt igitur hæc trinitas, inuiſibilis & inenarrabilis, quæ fide ſolum cognoſcitur: non tamen expoſitione humanæ uocis, ac ſenſu mortali condigne expromitur. Cum enim dicit mittere patrem filium, & filiū mittere ſpiritum ſanctum, perſonarum cauſa dicit, non loci ſeparatione diſiunctos oſtendit, propter Sabellium ſcilicet & Photinum hæreticos, qui condigne de deo intelligere noluerunt, dicente Domino: Cui me ſimilem feciſtis dicit Dominus, & cui ſimilis ero? Sicut enim cœlum diſtat à terra, ita diſtant ſenſus ueſtri, & cogitationes, & conſilia ueſtra à ſenſibus et cogitationib. meis, dicit Dominus. Cum ergo dicit miſiſſe patrem, emiſſum fuiſſe filium, perſonarum cauſa dicit, ne quis aut ipſum patrem, aut ipſum filium eſſe æſtimet, quod ita ſentiens delirat Sabellius: Et ne iterum miſſus filius de cœlo æſtimetur non eſſe ubiq;

Patrem mittere filium.

biq; in patre, dixit quidem se missum à patre, ubiq; tamen esse cum patre osten dit, dicens: Pater qui me misit mecum est. Non ergo separationem loci dixit, cum omnia & ipse filius compleat, con tineatq; cum patre & sancto spiritu, sed ut patris ueram personam, & filij talem qualis patris, & sancti spiritus sicut filij ueram credamus personam, harumq; trium personarum unam qualitatis sub stantiam, maiestatem, & potentiam co gnoscamus, hæc ita docere dignatus est, & in carne maxime constitutus, in qua & eius humilitas enituit seculo, & inenarranda resplẽduit bonitas, & con descẽsio fragilitatis humanæ in tam co piosa clementia ac liberalitate, ut gene ri manifestaretur humano, hæc ita di gnatus est operari, atque loqui pro no stra salute, ut nos scire de deo, & capere et intelligere aliqua ex parte ualeamus.

DE cœlorum diuersitate est hære sis quæ ambigat: Scriptura enim in primo die cœlum & terram facta de

clarat duo hæc elementa: Secũdo firma-
mentum aquæ factum, & nihilominus
ipsum firmamentum cœlum appella-
tum fuisse testatur. Dauid autem dicit
de cœlis ita: Laudate Dominum cœli
cœlorũ, & aquæ quæ super cœlos sunt.
Siue ergo sex cœlos, secundum Dauid,
& septimum hoc firmamẽtum accipe-
re quis uoluerit, non errat: nam Solo-
mon tres cœlos dicit, ita: cœlum, & cœ
lum cœli. Paulus æque Apostolus us-
que ad tertium cœlum se raptum fate-
tur. Siue ergo septem quis acceperit, ut
Dauid: siue tres, siue duos, non errat:
quia & Dominus ait: Pater qui in cœ-
lis est. Nam & Pagani unum cœlum,
& polos profitentur interdum. Dauid
ergo quod plenum est docuit. Solo-
mon autem quod ex parte est, & bea-
tus Paulus æque. Liber autẽ Geneseως
duos cœlos nobis nuntiauit.

ALia est hæresis quæ de terra am-
bigit, dicens: hanc esse solam, &
aliã nõ esse: Ignorãs quod alia est, quæ
ueluti matrix est omniũ rerum, uniuer-
saq; continet, quæ quasi ὕλη, id est, ma-

teria reperitur in ſcripturis, quæ eſt inui ſibilis & incompoſita, quæ à deo facta eſt in primo die. Hæc autem in qua habitamus ſuper aquã fundata oſtendit, ut dixit Dauid: Qui fundaſti terram ſuper aquã. Nam matrix omniũ rerũ terra immenſa eſt, illa prior quæ in primo die facta eſt, quæ continet aquã, & hanc terram quæ habitatur à nobis, quæ & humano generi & uolatilibus, ſerpẽtibus, pecudibus, cæteriſq; alijs fruges & fructus exhibet opulenter, iuſſa à Chriſto dño Saluatore, ſicut ſcriptum eſt in libro Geneſεως, creaturæ ſeruire.

ALia eſt hæreſis quæ de aqua ambigit, quod non facta ſit à deo, ſed ſemper eſſe eam ex ſemetipſa adſerit; ignorans quod ſi maius elementum factum eſt, id eſt terra, quãto magis & minus, id eſt aqua, quæ continetur à terra: dicẽte Propheta Iona: Ego ſeruus ſum dei, q fecit mare & aridã. Et Dauid idẽ dicit factã aquã à Dño. Et tres pueri itidẽ. Alia itaq; eſt terra, quæ cõtinet uniuerſa, & alia eſt quæ ſup aquã fundata

eſt: quippe iſta quæ habitatᷣ à nobis, de qua ait Propheta: Qui fundaſti terram ſuper aquam. Non illam utiq; primam: Hanc itaq; renouari & purgari neceſſe eſt, quam & moueri ſæpe cognoſcimus terræmotu, de qua ait Dominus: Ego faciam nouum cœlum, & nouam terrã,
Matth. Et iterum Dominus ait: cœlum & ter/
24. ram tranſire in Euangelio. Hæc terra itaq; ueluti de radicibus illius prioris cognoſcitur habere ſubſtantiam, quæ ſupra aquam ſubſiſtere iuſſa eſt, quæ copioſe humano generi exhibet alimẽta.

HAereſis eſt quoq;, quæ dicit ante corpus fuiſſe hominis factũ, nõn animam: & quod imago dei corpus ſit, non anima hominis, & quod ſecundũ prædeſtinationem dixerit ita arbitratur, cum dicat ſcriptura: Et fecit deus hominem, ad imaginem ſuam fecit eum, maſculum & fœminam fecit eos. Ignorans Propheta q̃d dixerit: Cũ dicit eñ faciamus, promittit facturum ſe, cumq; dicit: fecit deus, iam opus factũ demon
ſtrat,

ſtrat, & factam non carnem, ſed animã, quæ rationalis eſt declarauit: Nã quod caro ſine anima non poſſit eloqui, non eſt dubium: ergo caro organum animæ eſt rationalis. Maſculum & fœminam cum primum dicit ſcriptura, nõ hic corporum ſexum, ſed animæ dominantis, & ſubiacentis declarat indiciũ. Et quod non corpora ſint ante facta iacentia, ſicut quidam æſtimant imprudentes, nõ eſt ambiguum, cũ caro Adæ, ac mulieris poſtea facta ſit: nam ſeptimo die dicit ſcriptura de Adam ita: Et accepit Dominus terram de limo, & plaſmauit hominem quem fecit. Vides ergo quo modo factum hominem, id eſt, animã ante oſtendit rationabilem & immortalem eſſe creatam à Domino, quæ utiq; imago dei eſt appellata: Terram autem de limo acceptam adiunctam animæ, id eſt, exteriorem hominem, corpus fragile die ſequẽti manifeſtauit plaſmatum, ac immiſſo ſopore in Adam, poſteaq; de coſta eius accepiſſe Dominum, & feciſſe mulierem ſcriptura teſtatur ac præ

Caro animæ organum.

dicat. Et ut primum ſit anima facta, id eſt, ſexto die: die autem ſeptimo corpus de terra plaſmatum Adæ: Sic de uiri corpore, id eſt, de latere eius factam fœminam demonſtrauerit, non eſt ambiguum, & quod anima ante facta ſit, caro autem poſtea plaſmata, & ſic poſtea inſpiratione infuſa dei, et ſpiritalis in fine collata ſit gratia, ut ſic iam capax homo legis diuinæ non impotens à Domino monſtraretur. Euidens eſt ratio ueritatis, quod & beatus dicebat Dauid, factam animam primũ, ſic corpus plaſmatum: Manus tuæ, inquit, Domine fecerunt & plaſmauerunt me. Ac ſic poſtea fuiſſe infuſum ſpiritum declarauit dicens: Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

ALia eſt hæreſis, quæ dicit inſpirationem animam eſſe, non inſpiratione in animam datam fuiſſe: ignorans quod ſi inſpiratio anima eſt, quomodo iudicari poteſt quod deo eſt infuſum proprie, cum non attendat, quod inſpiratio diuini ſpiritus eſt quædã gratia, &

tia,& prouectio dignitatis, ut poſſit ho mo capax legis cœleſtis exiſtere. Et qđ habenti animã Adæ patri noſtro data eſt inſpiratio, nõ anima inſpirata in eũ ſit, oſtendit Dominus in Euangelio: ſi cut ante em̃ in Adam inſpirauerat ipſe, ita poſtea Apoſtolis habentibus animã poſt reſurrectionem diuini ſpiritus ma iorem gratiam inſpirauit, dicens: Acci pite ſpiritum ſanctum &c. Et nõ dixit, animam accipite, ſed ſpiritum ſanctũ. Qui ergo inſpirauit facto homini habẽ ti animam Adæ, ipſe & poſtea inſpira/ uit beatis Apoſtolis habẽtibus animã, ut cognoſcatur, quod per ipſum cũcta ſint, & ſine ipſo factum nihil ſit. Nulli/ us rationis eſt itaq;, ut uelit quis æſtima re inſpirationem eſſe animam, cum fa/ cta cognoſcatur anima, quæ ſub legis conditione poſita iudicio obnoxia repe ritur, de qua ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed hũc timete, qui po teſt corpus & animam perdere in ge/ hennam. Inſpiratio itaque, quæ non eſt anima,

Inſpiratio quid ſit.

est anima, sed gratia dignitatis, de diui-
no spiritu à deo Christo perueniens o-
mnibus, quã habentes & custodientes
adiectionem accipiũt gratiarũ, ut Apo-
stoli, & Prophetæ, & omnes iusti; Iniu-
sti autem negligentes, ac contemnẽtes
amittunt tantum meritum dignitatis,
1. Reg. 16. ut Saul ille, de quo dictum est: Recessit
ab eo spiritus Domini, & immundus
spiritus fatigabat eũ. Et quod, in mali-
gnam animam non intrabit spiritus sa-
pientiæ, scriptura testatur.

ALia est hæresis, quæ dicit hominis
animam non factam à deo ita ap
pellari animam, sed ante, inquit, Intelle
ctus uocabatur, & erat in cœlo: postea
autem, quia terrena desiderauit, disces-
sisse eam de cœlo, & ex eo eam animã
nuncupatã arbitrãtur: ignorãtes quod
in principio facta à deo, & creata post
angelos anima est appellata à Domi-
no, hocq; nomen proprietatis accepit à
deo, ut anima non Intellectus uocaret̃,
dicente scriptura: Anima eius in bonis
demo

demorabitur. Et iterum: Quod non de- Psal. 15.
relinques animam meam in inferno. Et iterũ: Conuertere anima mea in requiem tuã. Et iterũ: Anima mea cõturbata est ualde. Et iterum: Ita desiderat anima mea ad te deus. Et iterum: Benedictus Dñs q fecit animã meã. Illud itaq; Philosophorum inani sententia adserunt, quod diuina scriptura non ita prædicat.

Est hæresis quæ pecudes, & serpentes, & aues rationabiles arbitrãt esse ut homines, sicut Manichæi, & Gnostici perditi, & quicqd Poëtæ, & Philosophi Stoici suspicãtur: ignorantes qd homo rationabilis intellectum habeat animi de deo, id est, scire posse de deo et credere: Sensum autẽ habet corporis cũ pecudibus, qppe & cæteris alijs similibus, quæ sensum quidem corporis habere possunt, intellectum autem animi de deo habere nullo modo possunt, aut animam immortalem ac rationabilem ut homo, qui imago est dei appellatus, dicente scriptura: Nolite fieri sicut equus

quus & mulus, quibus non est intelle-ctus. Et: homo in honore cum esset nō intellexit, cōparatus est pecudibus in-sensatis, & similis factus est illis. Sensus itaq; pecudum, auium, & serpentium nobiscum communis est corpore: Intellectus autem solummodo est hominū, id est, immortalis animæ potētia de sancto in eam infusa spiritu, quæ imago dei est appellata, quæ hijs omnibus imperat, regit ac possidet uniuersa copiose, ut scriptum est; Dedi uobis omnia sub potestate.

ALia est hæresis, quæ dicit malos reges & Pseudoprophetas non à sua uenire & fieri uoluntate, sed à dei eos iussione emitti: ignorans quod nō à deo illos fieri Pseudoprophetas, aut malos reges scripturæ adnuntiant, sed contra dei uoluntatem, sua uoluntate & inimici suggestione sic eos aduenire declarant, ut Iamnes & Mambres contra Moysen & Aaron sacerdotes dei

sub

ſub Pharaone ſua uenerant uoluntate: cum dicat ſcriptura: Regnauerunt nõ per me, neque per ſpiritum meum, dicit Dominus. Et de Pſeudoprophetis ita. Hæc dicit Dominus: Non illos mittebam, & illi ibant in nomine meo prophetare. Propter quod etiam contra illos ſæpe mortis in hoc mundo condignam Dominus decernit ſententiam enuntiando. Non ſunt itaque à deo Pſeudoprophetæ miſſi, neque reges impij recedentes à Domino, ſed etſi excitantur mali contra malos interdum dimittente Domino, hoc gignitur ut malis mali conſumantur: boni etenim ſuſtinentes perſecutionem, & iuſtitiam habentes apud Dominum, repenſationẽ magnam futuri expectant præmij. Mali autem ideo à malis, non ſolum bonis interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc ſeculo ex parte puniatur.

Terræ

TErræmotum hæreſis quædam non dei iuſſione & indignatione fieri, ſed natura ipſa elementorum opinatur, cum ignoret quid dicat ſcriptura: Qui conſpicis, inquit, terram, & eam cõmoues terræ motu. Et iterum: Adhuc ego mouebo cœlum & terram. Non attendentes dei potentiam, elementorum naturæ adſcribere audent potentiæ motionem, ut quidam Philoſophi uani, qui rerum naturæ hoc adſcribentes, dei potentiam non cognouerunt. Quod etiã in huiuſmodi rebus indignatio dei, & potentia operatur, & ſuam commonet creaturam, conuerſionis cauſa & utilitatis: quippe multorum peccantium ac redeuntium ad Dominum ſaluatorẽ atq; creatorem.

ALia eſt hæreſis, quæ pecudũ Paganorum uanitate ſyderum diuerſa nomina profiteť, ut Hermes ille Triſmegiſtus, qui uanus potius, quàm magnus iudicandus eſt, & Poëtæ quidam ei conſimiles, qui Cometas, & Pogonias,

gonias,et Hyadas, Hœdos,et talia huiusmodi adserunt nomine delirantes, cum scriptura pauca nomina syderum nobis dixerit,dicente Iob Propheta,antequam Pagani è sanctis scripturis syderũ nomina transtulissent: dicit enim ipse Iob. Qui fecit Pleiades & Arcturũ, inquit, & Hesperum, & Austrum, & Oriona,& Luciferum. Hæc itaq; nomina è sanctis scripturis accipimus nũtiata: nam omnium syderum nomina non dixit scriptura,sed potestati dei reseruauit per Prophetam declarans,& dicẽs ita: Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocans. Hæc itaq; pauca nomina legentes è sanctis scripturis poëtæ postea falsiq; philosophi,ausi sunt usurpãtes suis mẽdacijs & alia plurima copulare, atq; impietatis semina seculo prædicare, ut ex hijs sperare putarẽt etiã omniũ syderũ aut plurimorũ nomina posse cõprehẽdi. Cũ omniũ syderũ nomina non aliter nisi deus Christus p quẽ fecit pater uniuersa posuerit & scierit,atq; eis singula

g nomina

nomina uocauerit, ut ſcriptum eſt.

EST hæreſis alia quæ de lingua & linguis ambigit, cum ſcriptura dicat & unam linguã & linguas. Si ergo erat una ante quia pauci erant, ſiue poſtea multæ, quia multi creuerãt iam nati homines in ſeculo, nõ eſt adeo inutile hoc ita ſentire: poſt quintam decimam eñ generationem ab Adam uſq; ad Eber IIDCC anni ſunt, ſub quo confuſio miſſa eſt linguarum, propter peccatũ quod fecerant ædificantes turrim & ciuitatẽ, & ut rebellantes à deo hoc paſſi ſunt: habentes enim angelicam gratiam, id eſt multarum linguarum ſcientiam, nõ agnoſcebant datorem tantæ ſapientiæ Dominum, cõtraq; eum conantes progredi, perdiderant gratiam, quam ſine ullo labore diuinitus habebant conceſſam. Et quod ſine ſtudio ante donatum fuerat à domino naturaliter omnibus ut dei imagini, poſtea per ſtudium atque doctrinam, obliuione immiſſa à Domino, uix diſcere præualebant

non omnes, nec multas, sed uix paucas linguas, ita ut tres quis, aut quatuor ualeret ediscere, atq; ijsdem uix eloqui. Tamen omnē scientiā linguarū, quā ante duo milia annorum, & septingentos annos offendentes amiserāt homines, sub Apostolis rursum post ascensionē suam Dominus per spiritū sanctū sine quodā labore credentibus conferebat, sicut scriptum est in Actibus Apostolorū: Angelicæ enim uirtutis est linguas scire omnium hominū: per fidem autē Christi sine labore linguarum omnium credentibus subministratur scientia, sicut legimus docēte diuino spiritu, Apostolos atq; Gentes itidem credentes tunc temporis in Christum Dominum Saluatorem, sine labore linguarū omnium donatam scientiā prædicasse, ut sub Petro & Paulo, & alijs factū est, cū docerent Gentes uenisse spiritū dei à deo, et linguis multis eos potuisse eloqui, ut audiētes hoīes mirarent̄ de Gētibus, quod tantarū linguarū et ipsi per fidē Christi sciētiā haberēt sine doctrina cōcessam.

Linguarum cognitio.

ALia est hæresis, quæ dicit nomen linguæ de Iudæis primum processisse, alij de Paganis, cum utricꝫ ita hoc sentiẽtes errore non paruo decepti sint: Homo enim factus rationis particeps fuit: qui ergo loquebatur ratione, quomodo rationis erat alienus? Plus ergo prius est rationis esse participem, & rationabilem dici, quàm nomen speciale & locale habere alicuius linguæ, atque ex nomine hominis possidere aliquid: ab Adam enim usqꝫ ad Heber duo milia & septingenti anni transierunt. Erat ergo nomen linguæ omnium hominũ unum, & una lingua. Ex quo autem cõtra Dominum cogitauerunt, subtracta est illis scientia ista cœlestis, id est, linguarum omnium prudentia & sapientia: Et Heber quidem sanctus, qui non discessit à deo secundum nomẽ ipsius, deus uoluit genus eius pullulare amplius, hoc quoqꝫ nomine primum in seculo nuncupari, ut ab Heber, qui non consenserat ædificationi turris rebellantium, Hebræi nomine appellarẽtur. Pri

or itaq; non solum Paganis, uerum etiam & Iudæis, id est ante septingentos annos Heber fuisse cognoscitur iustissimus, qui in Dominum credens, & à cõiuratione sceleratorum hominum separatus, sui nominis primam hanc à Domino nuncupationem meruit impetrare. Vnde & Poëtæ uani ædificationẽ illam ad sua mendacia transferentes, Gygantes docuerunt, Haloidas illos rebellantes ascendere uoluisse in cœlum per impositionem mõtium, atq; inde eos fuisse damnatos. Quorum deliramẽta nõ latuerunt amplius scientiam ac peritiã Christianam.

ALia est hæresis de anno annuntiato ambigens, quod ait Propheta Esaias: Annuntiare annum dei acceptabilem & diem retributionis. Putant ergo quidam, quod ex quo uenit Dominus usq; ad consummationem seculi, non plus nec minus fieri annorum numerum, nisi trecentorum sexaginta quinq; usq; ad Christi Domini iterum

de cœlo diuinam præsentiã. Quod cõtrarium inuenitur, si ita qui senserint: nã quadringentos iam plus annos transisse cognoscimus, ex quo uenit Dominus, atque completos. Quomodo itaq; hoc erit rationis de anno, sicut sentire uoluerunt: hoc itaq; plurimi: Dominus enim quæ in uno anno gessit, & docuit, hæc sola præcepit cõscribi: Nã quæ ante facta sunt ab eo ac dicta, primis triginta annis secundũ beatum Ioãnem, quæ dicit mundũ non capere posse, si uniuersa scriberentur, quæ fecerat. Propheta itaq; Esaias de anno illo dixit Saluatoris Domini, in quo docuit usq; ad passionem, & resurrectionẽ, & ascensionem in cœlũ, sicuti et beatissimi tradiderunt, non de trecẽtis sexaginta quinq; annis, ut quidam arbitrantur, sed de anno illo post baptismũ scilicet, in quo prædicãs credentibus salutis mysteria referabat de Lege pariter & Prophetis, quæ olim dicta sunt testãdo atq; cõsummãdo.

ALia est hæresis quæ de Gigantibus adserit: quod angeli miscuerint

rint ſe cum fœminis ante diluuiū, & inde eſſe natos Gigantes ſuſpicātur: cum Nembroth nō à ſpiritu, id eſt, nō ab angelo, ſed ab homine Chus, qui filius fuit Cham, inde natus ſit poſtea, qui & in ſcriptura primus Gigas eſt appellatus, quod iſte cœpit eſſe uenator, & fortis homo, ut & Gigas appellaretur in terra: inde ducturi ſunt, inquit, ſicut Nembroth Gigas ita fortis eſt, ſi qui ei ſimilis in fortitudine poſtea uideretur. Homines itaq; fuerunt fortes, & à iuuentute rapaces, uaſtatores, iaculantes, curſitantes, prædationi uacantes, inde ueluti alieni non ſolū morum, uerū etiam uiſu_ hominū: enormes etiā ut contra naturā aliorum hominū tāta ſcelera perpetrantes nuncuparent & Gigantes: Gigas enim per etymologiam, terræ monſtrū dicitur, ex duobus nominibus compoſitum, ſiue forma, ſiue uita, ſiue uiſu, ſiue fortitudine, ſiue mole membrorum: Nam ut ſcias Gigantes non alia natura, ſed de hominum fuiſſe progenie editos, & ἰξαδακτύλους in Regnorum

Nēbroth primus Gigas.

2.Reg. 21.

 libris

libros habes, quos forma grandi, et mole membrorum diffusos, & ingenti fortitudine de genere Gygantum Regnorum libri annuntiarunt, post duo milia & trecentos annos diluuij, sicut & illum Goliath, quem deiecit in pugna solus Dauid beatissimus rex & Propheta, cuius et aliorum talium carra, inquit, instructionem portabat armorum: Quia ergo bestiali more à pueritia ad rapinam erant dediti huiusmodi homines, & ueluti à natura hominũ morũq; alienos scriptura nuntiauit: Nam quod illi angeli, qui de cœlo deiecti sunt, nõ sint humanæ naturæ similes, non est dubium, nisi solum, quia nefanda & contraria, contraq; legem suggerere, sicuti et nunc hominibus faciunt, præualebãt, intrantes in homines, id est suadentes, sicut Iudæis inimicus humani generis persuasit, contra deum, cõtraq; sanctos Prophetas talia scelera perpetrare, sicut scriptũ est; Intrauit, inquit, Satanas in Iudam. Ita igitur & ante intrantes immundi spiritus in animas hominum, ac

fœminarum

fœminarum, malæ persuasionis scelera in orbem terrarum diffuderant. Si qui autem putauerit esse iustum, angelos ita peccasse transformatos in carne, ut in ea remansisse, aut ita factos carnales crediderit, uiolenta ratione decernit historiam, sicuti & Paganorum, & Poëtarum mendacia adserunt deos deasque transformatos, nefanda coniugia com misisse. Quod si factum est aliquando, & nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. Gygas autem & in bono accipitur uirtutis causa: Exultabit enim ut Gygas ad currendã uiam. Quod in Christi diuina præsentia probatum ostenditur atque cõsummatum. *Gygas.*

ALia est hæresis, quæ dicit Paganitatem à deo institutam, nõ ab hominum malignitate, & suggestione inimici uitiorum causa, & facinorum gignẽdorum fuisse excogitatam. Quæ ergo à deo instituta est, quomodo dãna

tur ab eodem deo? Nam quod ab origi
ne mundi dei patris omnipotentis, & fi
lij eius, & sancti spiritus scientia nunti-
ata sit non est dubium: cum enim in li-
bro Creaturæ mundi, id est, in Genesi
scriptum habeas: Et dixit deus, & fecit
deus. Et iterum: Dixit deus: fiāt lumina
ria. Et sexto die dixit deus: faciamus ho
minem ad imaginem & similitudinem
nostram. Et fecit deus non angelo uti-
que persuasore in creatione hominis,
sed filij sui Christi Domini nostri, &
sancti spiritus manifestum est: Habes
eñ in Genesi, id est, in primo libro san-
ctam adorandamq; trinitatem ante ho-
minibus nuntiatã: dicit enim ita: Et pluit
Dominus à Domino sulphur & ignē.
Et iterum de spiritu in primo die: Et spi
ritus dei superferebatur super aquam.
Et Pharao rex Aegypti dicit: Quis hæc
interpretabitur, inquit, nobis, nisi qui
dei habuerit spiritum? Et Dauid: Verbo
Dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius
oĩs uirtus eorũ. Postea uero uolũtas ho-
minum

minũ praua, recedens à tanta ſcientia pietatis, idolorum mendacijs, ac uanitatibus ſtudioſe cum properat inſeruire, turpiſſimæq́ uitæ ſe dare maluiſſet, iudicio damnationi obnoxio tenebatur: ita ut ante Prophetæ dicerent: Sacrificans dijs eradicabitur. Et iterum: Dij qui cœlum non fecerunt eradicabuntur. Et ideo Dominus non ſuam nouã præſentiam oſtendebat, dicens: Qui loquebatur in Prophetis, ecce adſum. Neque ergo angelos adorari præcepit alicubi Dominus, neque mundi elemẽta, nec creaturam aliquam, neque idola, quæ hominum uoluntas peſſima ſui ſceleris & turpitudinis perpetrandæ cauſa maluit inuenire, ut colentes eam effuſam operandi mali poſſint habere licentiam: nam & ipſum nomen idoli ſpecies doli, & formæ præuaricatio, de interpretatione græca eſt nuncupatum. *Idolum.* Trinitas itaque Chriſtianitatis ab origine mũdi prædicabatᷣ, & ueritas pietatis

ſine

ſine intermiſſione ubique docebatur: nam & Dauid docet: Dixit Dominus Domino meo. Et: Spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam. Et iterum: Spiritus Domini impleuit orbem terrarum. Et: Quò fugiã à ſpiritu tuo, & à facie tua quò uadam? Nam Solomon docet, qđ idololatria ab homine inſtituta ſit: Quia amiſſum filiũ ſuum cum diu fleret qdã pater, fecit imaginẽ eidẽ, & uidendo delectabatur in ea, atq; ex eo traditam fuiſſe poſteris, diuerſamq; impietatis materiam inde humano in genere pullulaſſe.

ALia eſt hæreſis, quæ dicit Chriſtianos nuperrimos & poſteriores Iudæis, & Paganis fuiſſe creatos: Ignorãs quod Iudæis & Paganis natura priores creati ſunt, & fide, uita, et tempore, ſacrificio, et conuerſatione. Fide quidẽ, quia ab Adam uſq; ad Moyſen tribus annorum milibus & ſeptingentis, omnes iuſti deum & deum, Dominum & Dominum, colentes etiam ſpiritum

ſanctum,

ſanctũ, uerã nuntiabãt trinitatem, ita ut ipſam trinitatẽ integrã ſine labore poſ-ſis cognoſcere ab illis beatis prioribus & antiquis nobis etiã hoc poſtea fuiſſe manifeſtata à Domino: Cum enim di-cit ſcriptura: Pluit Dominus à Domi-no ſuper Sodomam & Gomorram ſul phur & ignem, quid tibi uidetur nun-tiare? nónne deum patrem per filium ſu um, id eſt, Chriſtum deum cũcta ſigna, & mirabilia perfeciſſe declarauit? Qđ ſciens Dauid, Dominum patrẽ, & Do minum Chriſtum, id eſt, uerbum eius, & ſanctum ſpiritum nuntiabat: trinita-tem quidem perſonarum, unius tamen maieſtatis, & ſubſtantiæ, ac diuinitatis æqualem potentiã nuntiabat. Tamen filium de deo patre eſſe priore, & ſpiritũ ſanctũ proprie demonſtrauit edocens: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpi ritu oris eius omnis uirtus eorum. Et iterum alibi: Dixit Dominus Domino meo. Et omnes Prophetæ de uerbo & ſpiritu nuntiauerunt ubiq;, ita dicentes: Et factum eſt uerbum Domini ad me,

& ſpiritus

& spiritus Domini fuit ad me. Ergo nõ est fidei causa temporalis Christianitatis, sed ante Iudæos & Paganos, in lege quidem studentibus, & quærentibus erat manifestata. Nunc autẽ cupiẽtibus uox patris omnipotẽtisq́ sciẽtia nuntiabatur à sanctis illis doctoribus & perfectis. Vita etiam nõ alia priores illi sancti nisi hac, in qua nos uiuimus utebantur; usq; ad Abraham enim non circuncisionem habentes, non sacrificijs gaudentes deo placebant, & iusti in omnibus ab eo nuntiabãtur. Dixit enim Dauid: Sacrificium deo cor contribulatũ: Et; Immola deo sacrificiũ laudis. Et q̃d necessitate indocilitatis cogente sacrificia temporalia, nõ perpetua, nec uera fuerint indicta Iudæis nec salutaria, dicit Propheta ad Iudæos: Ecce ego facio noua, & priusquam ueniant annuntiata sunt uobis. Ante ergo Iudæis Esaias testabatur Propheta: Qui enim hæc exquisiuit de manibus uestris? Et iterum: Circuncidimini corda uestra, & non corpora uestra. Quale autem est, quod

sacrificium

ſacrificium Melchiſedech ſub Abrahã in primis obtulerit, ante quadringentos triginta annos quàm Iudæi nominarentur, aut Iudas naſceret̃, & antequam acciperent librum Geneſews. Præuidens myſterium Chriſtianitatis, ut omnia, quæ in Chriſtianitate ſunt, ſiue fides, ſiue uita, ſiue ſacramentum, non temporalia, ſed ab origine mũdi ſtatuta et nuntiata, & potius celebrata cognoſcas: In Chriſto autem, & per Chriſtum, per quem cũcta facta ſunt, oportuerat nos ab eo uidere & cognoſcere: & quod erat maius in lege myſterium, de eo ante nuntiatum ab ipſo plenius excipere cõpletum conſummatumq́; Nam quod & caſtitas ſimilis fuerit in Prophetis quàm plurimis, non eſt dubium, ut in Helia, Heliſæo, Daniele, Hieremia, Heſdre, tribus pueris, & alijs multis beatiſſimis, ut in Chriſti præſentia & quod ſupra legem erat ante nuntiatum ab eis cognoſceretur, & quod per legem coniunctum erat ipſius firmaretur diuina ſententia, uoluntatiq́; hominum

& ſtudio

& studio concessa hæc gratia nosceret. Ideo & ipse Dominus priores illos sanctos ante legem nobis, & nos illis prioribus secundum fidem iustitiæ copulabat: Iudæos autē & Paganos respuens, qui medio tempore inter mandatum erant, & gratiam positi, qui inimica uoluntate ac perniciosa pessundati reperiuntur in uitijs carnalibus, doctrinæ cœlesti inimici & aduersarij, æterno pœnarum iudicio reseruati.

EST hæresis quæ dicit nasci Paganos naturaliter, non Christianos, id est rerum natura corpus & animam hominis nō à deo per Christū creari quotidie, sed per uanitatem paganam ita progredi arbitratur: cum ab Adam usque ad Abraham, & postea usq; ad Iudam, qui post Abraham quartus est in generatione, non Pagani fuerint, neque Iudæi appellati, sed Gentes à prouinciarū nomine & diuersitate nuncupati. Pagani autem post Iudæos, siue à pago, id est loco, siue à prouincia una dicti sunt, siue

siue à Pagano rege, quod uerũ esse, ut ait Hesiodus græcus poëta, manifestũ est. Si ergo à pago, loci est indicium, sicuti & nunc dicitur de pago illo: Si autem de idolis, quod ea colentes sculptilia ita nominabantur Pagani, id est gentiles: quia nõ à deo idola, sed ab hominum prauissima inuenta sunt uoluntate, sicut & scriptura nostra, & paganorum q; plurimi hoc nuntiarunt, homines hæc inuenisse ad seductionem damnationẽq; animarũ, quod illa aspiciẽs populus delectabat̃ epulis, in quorum uanitate suis animis interitũ afferebant. Certa autẽ est probatio et maior, quod ipsi Pagani in suis historijs referũt, quod à Pagano rege, ut ait Hesiodus græcus poëta, Pagani sint appellati, q postea ex rege Pagano Deucaliõis filio et Pyrrhæ quasi plausibile atq; amabile nomen eius habẽtes, imò potius colẽtes memoriam eius usq; in hodiernũ diẽ, hoc est, mendaciũ nominis usq; nunc detinent percolentes. Helles itaq;, id est, græcus homo à lingua & à nomine regis dici- *Pagani à Pagano rege.*

h tur,

tur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est, sicut ab Italo Itali, & Romani à Romulo, & Latini à Latino nomen acceperunt, non ab idolorũ impietate. Idola etenim, id est, formas sculptilium hominũ postea pessima uoluntas inuenit: Linguam autẽ græcam prouinciæ unius proprietas declarauit, quã rex Paganus ex suo nomine confirmauit, ut Romanos Romulus nuncupauit, & ut ait Hesiodus, à Græco rege fuisse Græcos appellatos, qui Græcus nomine filius fuit Deucalionis.

Græci à Græco.

ALia est hæresis, quæ dicit incertũ numerum esse annorum à mundi origine, & ignorare homines curricula temporũ, cum ab Adam usq; ad diluuium decem sint generationes, & annorũ IICCXLII anni. Et à diluuio usq; ad confusionẽ linguarũ sub Heber sancto, qui nõ consenserat ædificationi turris, quinta sit generatio penè DC anni, quando & nomina prouinciarũ diuisa sunt, ueluti LXXII linguarum. Exinde usque ad Abraham Patriarcham quinta est generatio, anni DXXXX. Et ab Abraham usq; ad Moysen se-

ptẽ generationes, anni CCCCXXX, ut ait beatus Apoſtolus: Et à Moyſe uſq; Samuel iudicẽ DCXXIX anni: Et à Samuel & Dauid uſq; ad captiuitatẽ Iudæorũ in Perſida anni penè D: & à captiuitate uſq; ad Dñi noſtri præſentiã anni penè D: & inde à Dño uſq; nunc anni CCCCXXX plus. Ergo ſi hæc fides erat in illis priorib· ſanctis noſtris patrib. quæ in nobis eſt, ab illis autẽ ante eſt tradita & prædicata, id eſt patris, et filij, & ſancti ſpũs: Hæc quippe diuina ſciẽtia, quomõ tẽporalis eſt, ut quidã æſtimãt, & nõ ab origine mũdi hæc ante ſcientia chriſtiana cũctis hominib. nũtiata, quæ in mãdato & lege manifeſtata & prædicata oſtendit? Si aũt in medio temporis ſub Moyſe per umbrã minus dictũ ſit aliquid, nõ utiq; dãtis erat inuidia Dñi, quãtũ nõ capiẽtis populi cœleſte myſteriũ, incapax & debilis hoĩm, et nõ ualẽtiũ incuſabitur infirmitas. Deniq; ipſe Chriſtus Dñs, q̃d ante nũtiauerat p ſanctos Prophetas, hoc et poſtea firmãdo præcepat, dicẽs: Eũtes baptizate oẽs gẽtes in noĩe patris, et filij, et ſpũs ſ. ut nõ

ſolum fidem priſtinam ab origine mun
di hãc eſſe declararet, uerũ etiam uitã in
qua nos degimus hodie, in circuncisio-
ne cordis, non carnis iactantia compro
baret. Errant ergo nimium qui genera-
tionem hominis aut Paganæ impieta-
ti, aut Iudaicæ audent adſcribere uanita
ti: cum Iudæum niſi dies octaua ſuſce-
perit, Iudæum nõ licet appellari, nec Pa
ganum æque niſi deos uanos hominem
feciſſe putauerit. Ergo natura rerũ deo
adſcribenda eſt non alicui horum uani
tati: doctrina autem quæ fœcũdat poſt
naturã, ſi uera fuerit fidei dei copulãda
eſt, ac ſaluberrimæ ſeruituti iungenda,
nõ recedens ab ea quippe, ſed ſuum po
tius per fidem agnoſcens Dominum,
recordãsq́ creatorem naturaliter. Itaq́
non naturæ animi infirmitas hominũ,
ſed praua uoluntas eſt potius accuſan-
da, dicente Domino: Et nunc ſi uolueri
tis & audieritis me, bona terræ mandu-
cabitis: ſi autem nolueritis, nec audieri-
tis me, gladius uos comedet. Os enim
Domini locutum eſt. Et hoc: Venite ad
me

me omnes qui onerati estis, & ego uos subleuabo.

HAbenda est & hæresis, quæ dicit nomina dierũ, Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, Saturni, à deo hæc ita posita ab origine mundi, nõ hominum uana præsumptione nuncupata, cum à prima origine usq; ad Græcos reges, & Hermen fallacissimũ illũ, qui hæc nomina uanissima, & friuola mentiẽdo ausus est nuncupare, si quærere uolueris inuenies multum fluxisse temporis, & sic Paganos, id est, Græcos hæc nomina posuisse, cum hæc nomina etiam secundum septem stellas dixerint hominum generationem consistere, ut ille ipse delirãs hoc definit: Dierum enim numerus primus, secũdus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, à deo est appellatus, non in hac uanitate nuncupationis turpissimæ initio enuntiatus, aut traditus.

Hermes Trismegistus.

ALia est hæresis quæ dicit mundos esse infinitos & innumerabiles, secundum Philosophorum quorundã inanem sententiam, cum scriptura mundum unum dixerit, & de uno nos docuerit. Hæc etiam de apocryphis Prophetarum, id est secretis, ut ipsi Pagani dixerunt, sumentes, ut & Democritus ille, qui multos mundos esse asseruit, deq; sua sapientia cum hoc prædicat, multorum animas sensusq; dubios diuersis erroribus concitauit.

Democriti sententia de mundo.

SVnt quidam hæretici, qui patrem nostrum Adam, & Euam matrem nostram æstimant cæcos ante fuisse, q; gustarent de arbore, posteaq; aperuisse suos oculos, ac tunc quod nudi essent peruidisset: Cum ante scriptura dixerit, quod uidi etiam oculis suis arborem, & fructũ eius: & quia bona aspectu, & suauis uisu, & extendens manũ gustauerit. Hæreticorum est itaq; demẽtiæ, & Iudæorũ potius cæcitatis, hoc ita sentire: cum modum non intelligant nuditatis, hancq; amissionẽ immortalitatis in præ

uaricatione

uaricatione mādati nos docuit, nō corporis nuditatē. Quod nos Apostolus docuit, dicens: Et si induti Christū, nō nudi inueniamur. Et iterū: Induite Christum Iesum. Et quod Dn̄s in Euāgelio increpat, dicēs illi, qui nō indumētū nuptiale habuit, q erat uocatus ad nuptias.

EST hæresis, quæ in Exodo cum audit quod Moysi occurrerit Angelus in diuersorio ubi applicauerat, eūq; uellet interficere, nō eius filiū qui nondum fuerat circūcisus, nō paruū hinc sibi adsumit scandalū: Si enim & ita quis uult sentire, quod minas eis tēdebat angelus, quia transactis diebus statutis, id est octo, in quo oportuerat circūcidi masculum, nō fecissent, deiq; præceptū ita contēpsissent: Ideoq; in parua ætate cōstitutorū culpa filiorū non est illorum, quantū parentū eorū, ut scriptū est: Unde cū intelligeret, q culpa esset parentū non infantis, statim, inquit, accepto calculo circūcidit puerū mater eius, cuius uisu sanguinis ilico recessit ab eodem Angelus, mortisq; pœnam, quam ei mi

Applicauerat dixit pro diuerterat.

Exod. 4.

nabatur inferre omnimodo remouerat: Non enim Moyses in illa hora dinoscitur circuncisus, sicut quidam opinantur, sed filius ipsius est circuncisus: quia quod ante sub Patriarchis & lege iubebatur, tardo opere, non ueloci implebatur à populo, aut parentibus quorundam, ut scriptum est.

SVnt quidam, qui turbãtur hæretici de Deuteronomio, in quo Moses cum exiret de corpore, huncq; librum conscriberet de quatuor libris repetendo, in quo ueluti prioris legis firmamẽta decernit, Christiq; carnalem præsentiam plus contestatur, non paruo ducũtur errore aliter sentientes: nam quæ in Lege, id est, in Exodo scripta sunt, eadẽ & in ipso libro continentur. Solum autem hoc uidetur plus ab eo dictum, q̃ addidit: Prophetã uobis suscitabit Dominus deus uester de fratribus nostris, sicut me audietis eum: erit autẽ si quis eum non audierit radicitus eradicabit. Quidam enim putant de Deuteronomio dictum ab eo, quod & in ipso acce

peit

perit inmonte iterũ tabulas cõſcriptas lapideas, cum in Exodo bis cognoſcit accepiſſe, atq; in montem aſcẽdiſſe: Rationis eſt itaq;, ut quod legis et gratiæ erat manifeſtarẽt de Chriſto Domino, ut quod in lege per umbram celebrabatur, in Chriſto carnali præſentia diffuſa cœleſti gratia ex credentibus nuntiaretur, ipſumq; in libro conſcriptũ omnibus uelut teſtimonio traderetur.

QVidam ſunt hæretici, qui cum audiunt Dauid dixiſſe in quinquageſimo Pſalmo, quod in iniquitate conceptus ſum, & in peccato peperit me mater mea, æſtimant ita dixiſſe Prophetam, quod ius nuptiarum legitimũ iniquitatem eſſe dixerit atq; peccatum. Cum ante dicatur in Geneſeωs libro: Naſcimini, & multiplicamini, & implete terram. Et: Honorandæ nuptiæ &c. Nam ſi ita quis ſenſerit, ergo et iuſti tot tantiq; iniquitate concepti ſunt, cum & in uẽtre ſanctificati ſint, ut Patriarchæ, Prophetæ, Iudices, Hieremias, & Ioannes baptiſta beatiſſimus, ut ſcriptũ eſt.

Sed ignorant quod alio modo dixerit Propheta Dauid, non de naturali generatione, sed de transgressione Adæ patris nostri, & Euæ, qui post transgressionem mandati pulsi de Paradiso genuerant filios, atque inde quasi matrem omnium post iniquitatem transgressionis mandati, eam sic concepisse, atque eã ita peperisse docuerit: Quomodo enim de se dicebat Dauid in iniquitate conceptum, & in peccato genitum, cum legitimo iure natus sit, electusque à deo ad tantã regni gloriam peteretur, ut de eo scriptũ est. Non ergo hic in iniquitate, aut in peccato genitũ edocebat, sed parentes nostros Adam, & Euam uoluit ostendere, quod ante amisso peccato, id est, transgressione mãdati, postea sic genuerit filios, atque de eis nos omnes itidẽ parturierit: Ideoque post præuaricationẽ in dolore parturies filios, inquit: Quia ergo de parentibus habemus illis prioribus præuaricationis iniquitatẽ cõmunem carnis, atque generalem ex hæreditate prima descendentẽ in omnes, ut dixit Apostolus: Sicut per unum hominem

mors introiuit in omnes homines. Hoc enim ius cõiugij à deo promulgatũ laudatur quotidie, ac benedicitᷓ consuete: nam & quod erat primũ ostendit tristitia, & q̃d Christi gratia cœleste credẽtibus erat allatura magnũ gaudiũ, nuntiauit dicẽs: Si quis nõ regeneratus fuerit ex aqua & spiritu, nõ intrabit in regnũ cœlorũ. Ideoq; in Psalmo eò præscius futuri gaudij, testatus est dicens: Asperges me hyssopo, et mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor: Vt per eum nos etiam credentes in salutari baptismo cum eo pariter gratulemur.

SVnt quidã Hæretici, q̃ de diuisione orbis terræ, & partitione habitationis recte nõ sentiũt: disputantes q̃ Græci cœperint, aut Aegyptij, aut Persæ describere orbẽ terræ uniuersum, nõ beatus Noë suis filijs tribus post diluuiũ diuiserit, dederit, ac definierit, & partierit ordine. Vnde postea Historiographi accipiẽtes uelut quasdã semitas, diuersis sunt falsitatib. emẽtiti. Tribus itaq; filijs Noë: Sem, Chã, et Iaphet oẽm diuisit

orbem

orbē terrarū & tradidit Sem q̄dē oriēta lia Indiæ, Persarū, usq; ad partē aliquā meridiani occidētis: septentrionis, usq; ad mōtem Libani, finesq; ibi suum primogenitum habiturum fixa sententia confirmauit. Cham etiam secundo filio omnes Syrias, et diœceses Aegypti, Africæ, Aethiopum ingentem latitudinem prope fines tendentem oceani, atque Hispaniarum censendo distribuit, possidendamq; eam atq; habitandam spiritu diuino pronuntiauit. In medio autem usq; Cappadociam, id est, Tauri montem fines habere concessit. Tertio autem Iaphet nomine, Cappadociā ingredientibus, atq; à Cilicia exeuntibus loca frigida, quæ Armeniæ, Bosphori, Ponti, Thraciæ, Pannoniarū, Illyrici, Italiæ, & Occidentis uniuersas partes, iussu diuino ei statuendo attribuit. Et de primo quidem XXV generationes numerat descendisse. De secundo XXXV, id est, de Cham. De Iaphet autem, cui minor generatio numerabatur tūc tēporis id est quintadecima, tantummodo ei amplior optanda à beato

Noë promittebatur in posterum affutu ra, dicente scriptura: Dilatet Dominus Iaphet, habitet in tabernacula Sem, cũ minori filio minor numerus generati-onum reperiebatur concessus tũc tem-poris, maior crescendo eidem numerus postea amplificabatur aduenturus q̃ duobus eius fratribus, ut & media et ex trema loca, id est, Chananæorũ, Aegy-ptiorũ, Afrorũ, Persarũq; teneret impe-ria. De quo postea Romani sunt editi, uictores orbis terrarũ, atq; rectores uni uersarũ gẽtiũ: Vnde cognoscimus Ro manos, Latinos, Italos de Iaphet genus deducere, atq; hos orbem terrarum sua sub ditione tenere quotidie, atq; ante sæ pius tenuisse. Si quid autẽ falsitate Græ corum putatur esse antiquum, tempo-rale modis omnibus ipsorũ autoribus testãtibus comprobatur, Solone testan te Atheniensibus, quod ab Aegyptio audierit sacerdote, dicente ei: Solon So lo, Græci uos semper estis nouelli, atq; pueri. Græcus autem nunquam erit se-nex, aut antiquus, neque doctrinam ali quam,

Romani à Iaphet.

Solonis uox.

quam, aut ſcĩetiam habetis antiquam, ſed ab aliјs raptam atq; inuaſam habetis, eamq; diuerſis mendacijs immutatam exponitis, atque ita homines edocetis. Plato enim in Timæo ita dictitat: Nam poſt confuſionem linguarum tũc nomina diuerſa cœperunt emanare, atque inde ſumentes Græci Hiſtoriographi; duo aut tres diuerſa uelut monimenta conſcribentes, temporalitatem cum ſuam uolunt obumbrare, atque abſcondere à ſuis teſtibus, mendaciſſimi iudicati ſunt atque comprobati: Cum enim quinquaginta de ipſis conſentiunt de antiquitate noſtra, id eſt Græci, Aegyptij, Chaldæi, Syri, duo autem aut tres diſſentiunt, iuſtius eſt multis conſonantibus in unum, quàm duobus aut tribus diſſonantibus Hiſtoriographis acquieſcere: quia multi illi uerius quàm duo edixerunt.

Eſt &

EST & hæresis, quæ dicit sub Deucalione et Pyrrha diluuium fuisse antiquius, quàm quod sub Noë factum est. Quod Pagani transferentes mutatis nominibus impio modo & arcã uelut in Græcia fuisse post diluuium adserunt, & quod est temporalitatis in paganitate uanissima, ab eis uelut antiquum cum multo mendacio prædicatur. Et quod factum est in Thessalia loco breui, uelut factum ubique, id est, in omni mundo à Paganis furacibus edocetur. Quod fit quidẽ post annos in Thessalia, in loco interdum modico. Illud autem diluuium in omni seculo factũ est, sicut & eorum scriptura testat̃ gentiliũ. *Thessalia obnoxia cataclysmis.*

ALia est hæresis, quæ dicit secundũ XII Zodia nasci homines, sicut Mathematici illi uanissimi, totiusq́ erroris & sceleris adsertores: hæcq́ audientes interdum indocti q̃ plurimi lege dei dimissa Mathematicorum inseruire nõ dubitant uanitatibus, unde completur apostolica sententia: Coluerũt & seruierũt creaturæ potius q̃ creatori. Et iterũ:

Videte

Videte ne quis uos decipiat per Philo-
ſophiam & inanem fallaciam, ſecundũ
elementa mundi, & non ſecundũ Chri
ſtum: quoniam in ipſo habitat omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter. Er-
Signa cœ go ignorant quod Zodia iſta XII,
leſtia. quæ ab illis dicuntur, diuerſa ſunt clima
ta, diuerſæq; regiones in orbe terrarum
à deo diſpoſitæ ut inhabitentur, loco-
rumq; ac temporum diuerſa tempera-
menta ſtatuta ſint, ut calidum, frigidũ,
ſiccũ, & humidũ ut quatuor angulis ſe
culi, è quibus cũ ueluti pleni qualitate
fontes exuberant flatu, reſpirantes in
inuicem uirtute nimia inſita proprie mi
xtioneq; exiſtente ſalubri: rurſum cum
diffunditur eorum ubiq; mixtio, amœ-
na temperies ſalutis inde cunctis habi-
tantibus ſubminiſtretur, atq; ita diuina
potentia mortalibus uita dulcis, & pro-
ſpera conceſſa à Domino, & impertita
non ignoratur.

NEc deeſt hæreſis quæ dicit ani-
mas fœneratorũ, ſceleratorum,
& ho

& homicidarum, & aliorum talium trã sire in dæmones, ac pecudes, & bestias, & serpentes: ignorantes ꝙ anima hominis cum exierit de seculo, siue bona siue mala, id est, pia atq; impia, ab angelo ducitur in locum statutũ, ut in futurum percipiat iuxta quod gessit in hoc seculo constituta. Si quis autẽ hoc ita putauerit fieri, paganitatis & uanitatis Philosophorum magis quàm Christianitatis uidetur habere consortium, cum dicat Apostolus: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque ea quæ gessit in hoc corpore. Et iterum: In inferno autem quis confitebitur tibi? Animæ itaq; natura non uertitur in naturam alteram, sed cum uoluntate contemnit ac negligit dei præceptum, studijsq; legitimis ac salutaribus inhærere dissimulat, futuro iudicio pœnarum se dedicans, nõ alia nisi morum causa pecudibus cognoscitur comparanda: non natura, sed moribus, ut scriptum est. Non ergo naturæ pecudum, sed moribus in hoc se-

In pecudes transmutari quid sit.

culo ſimiles efficiuntur huiuſmodi homines, Pagani, Iudæi, & alij ꝙ plurimi. Nam & Saluator Iudæis cum diceret: uos de diabolo eſtis patre ueſtro, non natura ſed ſceleratis moribus & belluinis ſẽſibus ſimiles arguẽdo et iudicãdo manifeſtabat. Et Ioannes Iudæis dixit: progenies uiperarum.

ALij ſunt hæretici, qui dicunt Dominum in infernum deſcendiſſe, & omnibus poſt mortem etiam ibidem renuntiaſſe, ut confitentes ibidem ſaluarentur, cum hoc ſit contrarium dicenti Prophetæ Dauid: In inferno autem quis confitebitur tibi? Et Apoſtolo: Quotquot ſine lege peccauerũt ſine lege peribunt. Sed & dicit: remiſſius erit quibuſdam quàm ciuitati illi quæ non crediderit Apoſtolorum quippe doctrinæ & Euangelij. In comparatione multarum pœnarum dicit ſuſtinere eos minora tormenta quàm illos, non tamen ſaluari eos hac ratiõe affirmat: nã poëtas falſos, et uanos Philoſophos q æſtimãt poſſe ſaluari, rebelles deo errãt illis peius,

& à ueritate dissentiũt: cum semina im pietatis paganæ, non alij nisi illi Poëtæ uani, & Philosophi deorum dearumq; appellationes hominum sensibus semi nauerint, cum Propheta clamet de futuro iudicio, ut hic ei dimitteretur in pœnitudine, dicens: Remitte mihi ut refrigerem priusquam uadam, & iam non ero amplius. Si ergo iusti peccantes, & in hac adhuc uita uix acceperunt pœnitentiam pœnitentes, ut ait Solomon, & si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebit? Nam si deum esse credidissent, deorum & dearum turpia nomina non seminassent, & in descensione Christi in infernum ueniam impetrassent. Cum ergo impij & hostes dei sint ubique, quomodo post mortem ibi confitentes saluabuntur? Cum Apostolus doceat, quod omnem hominem mori oportet, postq; hoc iam iudicari, ut scriptum est, ante tribunal Christi, & recipere secundum quæ gessit in hoc seculo. Saluator autem confirmat dicens de illis, quod nec patri crediderint:

unde etiam eos iudicandos declarauit; qui autem credidit in patrem, antequã Christus ueniret in carnẽ, transijt de iudicio impiorũ, in cõparatione autẽ peccatorũ atq; impiorũ diuersitas est pœnarũ atq; plagarũ, nõ plena amborum est absolutio, sed dijudicationis iustitia, & secundum peccatum condigna repensio, illis etiam qui sub Noẽ ab aqua absorpti fuerant, ut scriptura docuit.

† censu

EST & alia hæresis, quæ de† sensu animæ ambigẽs, ex elementis eam cõsistere opinatur, ut multi Philosophi uanissimi nunc de igne, nunc de aqua, nunc de spiritu, nunc de materia, nunc de fonte, nunc de atomis, nũc quasi aëra esse animam hominis suspicantur, cũ anima facta sit à Domino ex nihilo scilicet, ut scriptũ est: Qui fecit ex nihilo omnia, ut essent quæ non erant. Anima itaque à deo facta imago dei appellata est, post angelorum creationem scilicet: minor enim est homo quàm natura angelorum, ut scriptum est; Minuisti

eum

eum paulo minus ab angelis. Si autem legis mandata seruauerit, tunc erit sicut angeli: Si ergo angeli serui dei sunt sub lege positi, quanto magis & hominis anima sub lege quæ est prædicata, si ser uarit quod ei præceptũ est, tũc debet di cere quod ait Dominus Apostolis: Quod etsi feceritis omnia, dicite quod serui sumus inutiles.

Alia est hæresis, quæ dicit de Sal- uatore, quod primũ fuerit apud patrem, & sic natus sit: & cum simplici- ter ita confitet̃, diuersa hominibus scan dala subministrat: Esse enim ante, & po stea nasci contrarium est modis omni- bus. Et quamuis generatio ipsius du- plex sit, una diuinitatis indefinita ac sempiterna, altera incorporationis per uirginem temporalis: at non est dubiũ tamen, quod secundum diuinitatem de bemus cognoscere, quod neq; defuit aliquãdo esse cũ patre, neq; qui erat cũ patre semper ex semetipso erat, & non de patre genitus noscebatur, ut quidam

ſuſpicantur aberrantes. Vtrunq; ergo ſi bona interpretatione profertur, rectum & fidei firmamentum oſtenditur, ut & genitum eum cognoſcamus de patre proprie hunc unicum filium, non tamē in tempore, ſed ante omnia ſecula, omnemq; creaturam eſſe genitum de patre proprie cognoſcamus atque credamus, ut condecet, cumq; patre eum in perpetuū manere, atq; ſemper manſiſſe non ignoremus. Nulla eſt ergo ſeparatio, aut contrarietas inter eſſe ſemper & fuiſſe, & genitū eſſe: nam ſemper eſſe propter ſempiternitatem dicitur, ne temporalis filius æſtimetur: Genitum autem dicit, quia non ex ſemetipſo, ſed de patre natum cognoſcit eccleſia prædicans. Non ergo diſiungendum eſt unum ab altero, ſed coniungēda eſt ſempiternitas filij, & generatio cum ſempiternitate copulanda, deq; patre ita eſt credenda ac detinenda confeſſio, ut unus nobis pater genitor, & unus nobis filius unicus patris proprie quippe genitus de patre cognoſcatur. Ergo ſem

per eſſe

per esse, & genitum esse pia fide est æquũ, ut sempiterna eius generatio non temporalis sit, et filij unigeniti de patre; & cum patre uera proprietas ac sempiternitas non ignoretur. Si quis autẽ primum confitetur esse eum ingenitum, & sic postea fuisse genitum de patre, ignorat quid confitetur: Cum enim unã putat euadere hæresim, incurrit in alteram peiorem, ingenitum filium confitẽdo, imò potius & patrem, & filium denegando, duoque ingenita prædicando, & unius patris ingeniti, & unius filij unigeniti de patre proprie denegando ueritatem.

SVnt quidam hæretici, qui de Pharaone ita arbitrantur dixisse Dominũ per Moysen: quod ad hoc excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam. Et: indurans indurabo cor Pharaonis, ne dimittat uos. Et ait Apostolus: Ergo neque uolentis neque currentis, sed miserentis dei est. Sed hæc non definiens dicit Apostolus, sed disputans atque edocens quod uerum est, ne ita deum *Pauli dictum declaratur.*

dixisse quis æstimet; debet enim atten-
dere quod ait Dominus: Vt ostendam
in te quippe omnem uirtutem meam,
id est magnanimitatē, bonitatē, sustinē
tiam, quæ est utiq; omnibus hoc effusa
in seculo. Cum enim ei dicit, omni ho-
mini dicit in corpore constituto, in pro-
speritate quippe, facultate ac potentia
temporali annuntiat, qui cum ad diuiti
as attendunt, segniores ac negligentio-
res efficiuntur circa dei Christi timorē
& gratiam, suæq; ita usq; ad finem salu-
tis obliuiscuntur, ac timoris dei efficiun
tur immemores: Cum enim tribularet
ipse Pharao, inuitus Dominum cogno
scebat, ut scriptum est. Cumq; iterum
dimittebatur à deo, reuertebatur ut ca-
nis ad suum uomitum. Ideoq; omnium
Paganorum, Iudæorum, hæreticorum,
diuitumq; animæ, ac peccātium pariter
in prosperitate contemptrices dei repe-
riuntur interdū; ideo eruditio utilis est
humano generi in omnibus atq; saluta
ris, dicente Propheta: Bonum mihi est
Domine quod humiliasti me, ut discā
iustifica-

iustificationes tuas. Et iterum de obiurgatione: Cum occidebat, inquit, Dominus Iudæos, tunc inquirebant eum, & uigilabant ad eum. Non itaq; dicit beatus Apostolus, ut non curramus, aut non uelimus seruire deo, sed primũ debemus nostra currere uolũtate, deinde non cum præsumptione & iactantia, quasi nostra uirtute & iustitia cõdigna, ut non Christi mereamur saluari clemẽtia: qui enim currit cum superbia, et præsumptione, nõ à deo sperat præsidium, quantum ex sua conuersatione sibi præsumit iustitiam. Et currere itaq;, & uelle nos docet beatus Apostolus, inq; nostra uolũtate esse, ut in ipso cursu bonorum operũ in humilitate perseueremus, ac tunc demum speremus salutem posse ab ipso Domino adipisci, ut ait Dominus: Et cum feceritis omnia, dicite quod serui sumus nequissimi. Et: Si iustus uix saluatur, peccator & impius ubi apparebit? Ergo sunt in nobis quædam in quibus currendum est. Sunt autem maiora quæ à deo speranda & impetranda

petranda sunt, ut ait Apostolus: Nescitis quid petatis. Vtputa si quis dixerit, possum esse martyr, possum esse Apostolus: & non dicit, si deus Christus uoluerit, quod ab eo incrementum id muneris & gratiæ quippe confertur, nō uana hominum præsumptione atq; iactantia comparatur: Tentantis est enim hominis uoluntas huiusmodi, ac præsumētis, non quærentis, supplicantis ut tantam consequi mereatur dignitatem.

SVnt quidam hæretici, ut Manichæi & Gnostici, & Nicolaitæ, & alij qui de beato Dauid audēt dicere, quod non Christi Propheta fuerit, neque doctor & commentator diuinarum omnium scripturarum, sed humanæ cantationis, ac secularis rei conscriptor extiterit: cū cœlestis gratiæ atq; arcani salutaris Christi Domini ipse meruerit præ multis humano generi mysteria prædicare: Sicut enim sanctis alijs diuersam tribuit Christus Dominus gratiam, ita huic maiorem concessit scientiā, dicēte

Domino: Dabo uobis sancta Dauid fidelia. Et: Inueni Dauid filium Iesse, hominem qui faciat omnia quæ sunt in corde meo, dicit Dominus. Ignorant ergo quod uelox ac præpotens commentator hic diuinarum extitit scripturarũ, rex atque Propheta Dauid emissus à Domino, ut quod ante dicebatur, præsensq; uidebatur, hæc cuncta breui collecta humano generi prædicarentur ab eodem, tribusq; in uersibus Psalmi primi omnem rerum uirtutem exponeret ueritatis, præteritorum, instantium, atq; futurorum, omnesq; errores cuiusque populi, diuersaq; facinora nuntiando, cum dicit: Beatus uir qui non abijt in cõsilio impiorum, id est Paganorum: et in uia peccatorum non stetit, quippe Iudæorũ: & in cathedra pestilentiæ non sedit: utiq; hæreticorũ. Atq; hinc iã quasi ex fontibus atq; materijs copiosis diuersa semina iniqtatis humano generi affutura doceret, ut hijs qppe tribus malis paganitate, Iudaismo, & omi hæresi cõtẽptis, atq; dãnatis, sola fides uera, id est

patris

patris, et filij, et sancti spiritus ab omnibus credita coleretur: Zelo enim diuino ductus beatus Dauid tunc temporis, cum uideret homines dæmonijs immolare, non in Hierusalem ciuitate, quatuor choros posuit secundum mundi aditus, ana septuaginta duo, quatuor etiam hominibus positis & psallentibus, atque arcam dei custodientibus, undique infinitis etiam alijs extrinsecus: In medio autem ea posita psallebat cũ populo beatissimus ipse Dauid Patriarcha, & incorporationis Christi Domini quippe ut testis tantus ac prædestinatus à Domino, Psalmorum diuersa gaudia & laudes pariter, non alij nisi ipsi Christo Domino canẽdo referebat, trinaque uice quotidie cũ orationibus Psalmorum etiam cantore sonãte omni delectabatur cum populo diuinam Christi præsentiam nuntiando, deque ea re futura gaudia seculo promittẽdo, de quo & Dominus dignatus est dicere, multos fuisse Prophetas & sapientes, & desiderasse uidere et audire quæ Apostoli

audire

audire meruerũt & uidere: Nam quod & Græcorum ipsa quæ uidetur esse sapiẽtia, ex lege atq; Prophetis, & specialiter de Dauid sit secundum tempus omnibus manifestum. Ideoq; & Poëtæ, alijq; sapientes uersibus quod uoluere dicere imitãdo eundem conati sunt fingere: quæ argumenta cum de lege atq; Prophetis sumerent, immutatis nominibus cum iura ueritatis uiolare properant, suæ perfidiæ diuersa mendacia seculo seminarunt. Inde hæc ignorantes quàm plurimi seculares homines atq; imperiti, temporalitatis pagana mendacia potius quàm salutaris christianæ legis antiqua & uera arcana desiderant colere, atq; sequi firmamenta. Ex suis itaq; uanitatibus, id est, ex Græcorum Historiographis potest quis cognoscere, quàm sit temporalis uana sapientia Græcorum, quæ cum paũlatim cognoscitur à suis, sine dubio spernitur, calcatur, atq; quotidie condemnatur.

SVnt alij hæretici, qui de inæqualitate Psalterij errorē patiuntur nō modicum, æstimantes totum librum Psalterij non esse Dauid, & cum historiam quærunt per ordinem, inueniunt inæqualitatem, id est, ut quæ nouissima, prima: & quæ prima, nouissima esse posita peruident, non modicum scandali patiuntur: Nam in tertio Psalmo persecutionem patitur à filio: & in centesimo plus cōtra Allophylum pugnando disseritur, cum inuenimus primum pugnasse eum cum Goliath in sua iuuentute, à filio autem suo in senectute postea bellum sustinuisse. Et quamuis hæc spiritaliter de Christo intelligenda sint, tamen & historiam inquirentes studiose de eodem beato Propheta nō paruo offendiculo perturbantur. Quia ergo & post septuaginta duos Psalmos defecisse dicunt hymnos Dauid scriptura Psalmorum, & postea iterum eiusdem titulatio in multis Psalmis nunciatur, & de hoc querūtur, cur ita sit positum, nescientes quod beato regi atque Prophetæ diuersa gaudia Psalmorum

recte à Domino impertita sunt. Si ergo & aliorum inueniuntur titulationes in Psalmis, postea tamen summa rerũ laudis huic autori, & institutori à Christo concessa est, ut Prophetæ, regi, atq; Patriarchæ, de inæqualitate autem Psalmorum secundum historiam, qui interpretati sunt autores studiosissime hoc dixerunt, quod sæpe existente captiuitate in Iudæorum populo, à gentilibus propter idololatriam: quia cum illis colebant Iudæi & idola, inq; hijs etiam scripturæ diuinæ inquirebantur, & cõburebantur à gentibus: Si quis autem abscõdisset de Psalmis aliquid existente pace, postmodum requirebantur à paucis sanctis eædẽ diuinæ scripturæ: cũq; inuenirent, accipiẽtes postea qui erãt illo tẽpore sapiẽtes: qa nõ erãt Prophetæ iam, sed sacerdotes timore detenti, iuxta q̊d accipiebant à quibusdam ita componebant & textum Psalmorũ, & ita ordine exponi iubebant. Sic ergo secundum historiam inæqualitatis, ut dixerũt multi, causa hæc esse uidetur: Nam quod

spiritalis

ſpiritalis in ipſa inæqualitate Pſalmorũ æqualitas ſit Chriſti ſcientia cognoſcenda manifeſtum eſt ſtudioſis, ut quod eſt in primis, hoc ſit & in medio de Chriſto itidem, & quod erat poſtea futurum, de eodem ante dictũ ſit ubique. Ideoq; Apoſtolus: Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula, inquit, ſeculorum. Nam quod ſpiritali uirtute dicti ſint Pſalmi, non eſt dubium, ut quod ante factum eſt per diabolum de impietate idolorum, hoc & ſub Iudæis ſeductione eius commiſſum facinus monſtraretur, & quod ipſius ſit etiam hæreticorum peruerſitas in fine pullulantium quotidie, non ignorat eccleſia catholica.

SVnt hæretici contraria ſentientes libro Geneſeωs, quo Dominus dixerit ad Cain: Peccaſti, quieſce, ad te cõuerſio tua, & tu eius dominaberis. Cũ enim dicit: tu ipſius dominaberis, putãt quod dixerit ei, tu eris dominus fratris tui. Et quamuis ſi ita quis ſenſerit, quia

maior natu erat Cain quàm Abel frater eius, quia et in lege maiores natu maiores erant & honore, id est, Primogeniti, non autem hic dicit: Tu eius dominaberis, quasi eris dominus eius, quod est in omnibus contrariũ. Si enim ita esset, quo modo dabat in eum mortis sententiam Dominus, quod suum occiderat fratrẽ sicut scriptũ est? Non ergo ita dicit scriptura dominari illũ fratri suo, ut eum interficeret, sed dominaberis cogitationi tuæ malæ utiq;, quæ est in arbitrio tuo, ut cuiusq; hoĩs arbitrio atq; uolũtate, aut proijciat de corde suo malã cogitationẽ immissam à diabolo, aut non proijciẽdo crimen incurrat perpetuum: ut perscrutator enim cordis et animi hominis Christus dominus occulta ipsius perui dens, arguebat quod cogitauerat, & monebat ne faceret illud sceleris, inq; hoc uiam paricidij seculo seminaret. Quod & in Euangelio dictum est: Si habes aduersus fratrem tuum iram, uade reconciliare, & sic postea offeres munus tuũ. Et Dauid itidẽ ait: Irascimini,

& nolite peccare: Et qui modus sit irascimini & nolite peccare, ipse subsequitur differens: quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris conpungimini. Solomon etiam: si ascenderit spiritus inimici dominantis in te, ne des ei locũ ut in te habitet. Et Dominus: Qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicij. Ideoq; pellendam cogitationẽ ex suggestiõe inimici Dominus edocebat ilico, ne cum diu sit in homine, ad perpetrandũ facinus eũ prouocet proniorem.

EST hæresis quæ non recte intelligit de Cain, quod post fratricidiũ qđ cõmiserat rogat Dominum mori potius q̃ dimitti, dicens ita: maior causa est si dimissus fuero, & erit omnis qui inuenerit me interficiet me. Sed Dominus per eum unum omni humano generi uelut generalem docendo modum per patientiam tribuebat bonitatis suæ indulgentiã copiosam, ut iã desinẽte scelere, bonorũ operũ fructuositatẽ sequerentur,

rentur, certamq́ ab eo cuncti cognoſce rent amplectendam, dicente Domino: Nolo mortē peccatoris, quàm ut reuer tatur & uiuat, ut tanti ſceleris cunctis per eum pateſceret pœnitentia, inq́ ea indulgētia pariter copioſa ut pœnitētiū iam bona fructuoſitas hortamento dei mōſtraretur hominibus, quo eam per/ uidentes, ſalutem potius quàm mortē ſibi deſiderent acquirēdam. Vnde, ueluti ſuus accuſator atq́ iudex cum ex par/ te gignitur Cain, dicens quod commiſe rit fratricidium, audire à Domino meruit, ut ſi fructus bonorum operum de cætero eum ſequeretur, remiſſionem tanti ſceleris eſſet ſine dubio accepturus, nullumq́ metum mortis inferendæ iam ſuſpicaretur ſibi ab aliquo affuturum. In/ ſuper etiam & ſignum acceperat ne oc/ cideretur ab aliquo: eumq́ hijs etiam ſeptē pœnas perpeti, ſi qui hominū auſus fuiſſet in eū manus inijcere, cœleſti ſen/ tētia definitū: Ipſa em̄ ueluti pœnitētia ficta nō uera inuēta eſt, cū audit à Dn̄o: Oīs qui occiderit Cain, ſeptē uindictas

 perſoluet.

psoluet. Vnde & signũ accipere meruit propter pœnitudinẽ, si tamen digna bonorum operũ iam eum fructuositas sequeretur, sed non inuenimus fructum bonorum in eo pœnitentiæ usquã fuisse, quanto magis de genere illius omnẽ impietatem potius pullulasse, qui post eum hæredes impietatis paternæ, & immanitatis tanti sceleris existentes, cum non malorum suorum pœnitudinẽ generere uoluissent, annuntiante eis Noë beato, perseuerantes in scelere diro mortis interitu per diluuium perierunt, excepto octo animis tantummodo tunc tẽporis, quæ de genere sanctorum fuerũt editi, qui meruerunt procellam soli tanti periculi deuitare.

EST hæresis, quæ stellas infixas putat esse in cœlum, nõ de thesauris locisq; absconditis, atq; à deo dispositis in uesperum iussu diuino repente procedere, statutisq; horis suo lumine cursum ministeriumq; indictum agnoscere: quod contrarium alienumq; fidei ca

tholicæ inuenitur si ita quis senserit, ma
gisque paganæ uanitatis, & Philosopho-
rum inanis sententiæ, quàm christianæ
scientiæ habere consortium demonstra
bitur: Scriptura enim omnipotentiam
dei ita edocet, ut in breui è diuersis the-
sauris concurrere atque discurrere sydera
nuntiauerit, ornamētoque cœli noctique,
ut lucis causa ex parte sint à deo præsti-
ta atque commodata, diuersisque horarum
spacijs, uelut ad sua loca rursum redire
statuta sint, ut è quibus locis exire iubē
tur quotidie, ad ea loca reuerti iterum
præsidente angelo, & compellente cur-
sum debitum præterire nullo modo pos
sint. Hincque effusa Christi clementia o-
mni manifestaretur humano generi, quod
iustis & iniustis in hoc mundo parem
concesserit gratiam bonitatis annunti-
ans, qui solem suum oriri facit super iu
stos & iniustos: & pluit super bonos &
malos: Et nouerunt sydera, inquit, the-
sauros suos, & cursum dispositum quo
tidie.

SVnt quidam hæretici, qui de ueteri Testamēto multa reprobant, id est Solomonis Ecclesiasten, paucis quidē conscriptum sententijs, omnem tamen thesaurum cœlestis scientiæ quærentibus continentem: nam quod omnibus sapientior prioribus sit, ipse Saluator testatus est. Cum legunt ergo: omnia uanitas uanitatis quæ sub cœlo sunt. Et: desideraui habere, ut dictum est, diuersa. Et: deus mihi dedit, inquit, & ecce omnia uanitas uanitatis. Solū tamen hoc postea addit esse à deo, ut si quis manducet, & bibat, & benefaciat animæ suæ. Quod si hanc escam solum, aut hunc potum dixit esse istius seculi, utilemq; carnalem, nihil autem futuræ uitæ immortalis aliud nuntiabit, in uanum hominum labor impenditur. Ergo quod ait Apostolus de quibusdam: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, quod profecto Paganorum & Epicureorum est talis hæresis, quæ uitæ pecudum comparatur. Ideoq; homo in honore cum esset non intellexit, com-

paratus

paratus est pecudibus insipiētibus. Solomon itaq; & carnalem uitam hominū à deo concessam in multis diuitijs nuntiauit, & futuram angelorū gloriā nihilominus in studiosis inesse paucis desiderantibus, & credentibus prædicauit: Si enim et diues in hoc seculo bene operatus fuerit, necesse est ut & illic futuræ uitæ consortiū consequatur: Sicut enim & hæc terrestris esca à deo data est, ita et illa cœlestis esca de lege desideranda est amplius, fides quippe Christi Domini de lege & Prophetis adueniens cupientibus gloriosa, quam magis Maria, q̄ Martha elegerat, dicente Domino: maiorem sortem Mariam elegisse, quæ nō auferretur ab ea. Ergo si dixit, uanitas uanitatis est quæ in seculo sunt, hæc utiq; transeuntia prædicauit, propter futuram illam gloriam eminentem ac perpetuam, ut ait Apostolus: Transit enim figura huius mundi & gloria. Si autem figura & uita, & honor, & dignitas mundi istius cessabūt & destruent, illa quippe erit desideranda cœlestis &

angelica dignitas, quæ in corparatio-ne, ac passione, & resurrectione quippe est Christi credentibus aduentura, quæ non temporalis, carnalis, ac caduca erit, ut Iudæorum secundum literam, & aliorum talium pereuntium, in posterum autem nihil expectantium. Propter quod dicit Dominus: Operamini escã, quæ non perit, Id est, ut credatis in me, quem misit pater meus. Ergo non Solomon de hac esca solum carnali dicebat, de illa autem prætermittebat, sed diuersam escam gloriamq; sanctorum hominum nũtiabat: carnalem quippe primã uitæ hominũ in præsenti seculo, postq; mortẽ cœlestem illã, et angelicã dignitatẽ iustis & fidelibus aduenturã. Hancq; carnalem uelut uanam & temporalem, Iudæorum quippe aliorumq; talium iustificationem, uitamq; per undam nuntiabat, ut umbram esse cognoscerent, uitamq; corporis temporalem non multo post decidentẽ in cõparatione quippe cœlestis illius, ac perpetuæ dignitatis non ignorarent. De qua esca ait & Pro

pheta:

pheta: Guſtate & uidete, quia ſuauis eſt Dominus.

EſT hæreſis, quæ de Canticis Canticorũ ambigit, ipſa itidem æſtimans non ſpiritu diuino, ſed humanarum rerum cauſa, ac uoluptatum hominibus ab eodem prædicata: cum cœleſtium rerum ueritas humanæ ſimilitudini comparata genus hominum docuerit, ſicut ſcriptũ eſt in Euãgelijs, et ubiq;. Chriſti itaq; diuina in carne præſentia omnes ita docebat, ut amore diuino prouocaret, monitione mulceret, miſericordia commoueret, flecteret bonitate: Nam ut deus oſtendebat, ut pater monebat; ut paſtor paſcua demonſtrabat, ut rex uincendo inimicum ueſtigia ſequi oſtẽdebat, ut ſequẽtes ſuum fraternũ, id eſt * Dominum Chriſtum in carne aduenientem in triumpho immortalis gloriæ & cœleſtis meriti, cum eo pariter gratulemur: Ideoq; & Cantica dicta ſunt Cãticorũ, ut quod ante in lege umbratiliter dicebatur ex parte in loco Chriſti,

iam præsentia consummatione myste/rij per passionem celebrata in supplemẽtum panderetur, ut cessante umbra cœ/lestis etiam lucis omni seculo ueritas re fulgeret, quæ corpus & animum homi nis accẽderet, atque amore cœlesti sen/sum hominis excitaret. Qui ergo uani homines cõcupiscentijs carnis inserui/unt, fingunt aũt non posse sentire, aut si eis exponitur contemnunt discere, le/gisq́ nolentes uirtutẽ agnoscere, nõ mi nus Iudæi, uel Pagani iudicandi sunt.

ALia est hæresis, quæ dicit manda/tum non esse accipiẽdum, quod Adam pater noster acceperat: neq; esse illud uirtutis, aut utilitatis alicuius opi/nantur, cum sine mandato illo, nec lex Moysi possit accipi, nec Christi agno/sci perpetua & effusa gratia, atq; copio/sa: Triplici enim uirtute in corpore con stitutus omnis homo de lege diuina do cendus, aut monendus instruitur, ut in prima ætate sub mandato sit, secũda sub lege, tertia sub gratia Saluatoris. Ideoq́ lex ammonitio est potius ꝓpter obliuio

nem

nem mādati priſtini, quod pater noſter Adam in primis à deo acceperat in Paradiſo, ita enim ſcriptum eſt in lege: Ne oblitus mādatum Domini dei tui receſſeris ab eo & pereas. Ideo lex ammonitio mandati, & confirmatio eſt primi illius. Iterum mandatū & lex Chriſti plenam prædicant gratiæ bonitatē, ac præſentiam ſalutarē. Ideoq; Dominus ait: Ecce q loquebar in Prophetis adſum. Maiores ſunt itaq; qui ſub mandato fuerūt antiqui, cum nō obliti etiā Chriſti ſaluatoris, ſuis poſteris & eius myſteriū nuntiarūt, cuius & obliuione exiſtente in Iudæis ammonitio rurſum literæ ſubſecuta eſt, ut in litera etiam Chriſti ſpiritalis ſcientia, & carnalis præſentia illuminans ſeculum ſperaretur. Ideoq; lex Moyſi aliud in ſono uocis, aliud in abſcondito ſalutare Chriſti myſterium cōtinens nuntiabat. Ergo neq; mādatum ſine lege, nec lex ſine mandato, nec gratia Chriſti ſine lege & mandato accipi aut credi debet ab aliquo.

Sunt

SVnt quidam hæretici, qui cum legunt ſcripturam, dicēte Domino: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: nō in paruam deſcendunt amentiam, ignorantes primū quid imago, quidúe ſimilitudo ſit dei. Cumq́ꝫ neſciunt quid ſit imago dei natura proprietatis, & quid poſitionis ſit gratia, non paruam ſibi præſumunt ſuperbiā dignitatis. Imago enim dei, id eſt anima omnis hominis, facta ex nihilo: Similitudo autem in fide & uita niſi cognita fuerit à deo, appellari non poteſt dei imago ſimilis. Cumq́ꝫ ſe eſſe plus æſtimat aliquis, præſumptionis crimen incurrit potius, quàm meritum dignitatis ſibi acquirit: Nam cum hæc peccans inuenitur anima, & iudicio obnoxia detinēdo cognoſcitur, quomodo eſſe poteſt hæc dei naturalis imago, quæ diuerſis peccatis dinoſcitur inſeruire: cum alia nulla eſſe poſſit naturalis imago dei diuina & patris propria, non angeli, aut hominis, niſi Chriſti dei filij, qui natura proprietatis indiſcreta paternæ ſubſtantiæ, ac

Imago.

Similitudo.

tiæ, ac sempiternæ imago sit, genita pro
prie, non positione seruitutis creata ex
nihilo, ut homo & angelus. Ideoq; ima
ginem, id est, animam hominum Paga
norum, Iudæorum, hæreticorum, & o-
mnium dici posse declarauit in commu
ni generatione, atq; unius qualitatis na
tura scriptura substantiam nuntiauit: si
militudinem autem non omnium, sed
sanctorum, & Christianorum esse tan-
tummodo declarauit, qui in fide, uita,
& bono opere permanentes, angelorũ
cœlestia merita in futurum cõsequi pro
mittuntur, ut Patriarchæ, Prophetæ, Sa
cerdotes, Iudices, Apostoli, atq; Euan-
gelistæ, & Martyres, qui trinitati credẽ-
tes, & in uita præclara permanentes, an-
gelorum gloriæ copulari à Domino nũ
tiantur: Similitudo enim ex doctrina le
gis, fide, uita, & studio, & opere cogno
scitur uera, ut quæ à deo facta est legi e-
ius diuinæ consentiens præcepta statuta
complendo, regni cœlestis consortium
speret ab eo se posse adipisci, dicente A-
postolo: Nostra autem conuersatio in
cœlis

cœlis est. Et Dominus iterum: Gaudete, quia nomina uestra in cœlo scripta sunt. Et quod in die iudicij eos sicut angelos demonstrabat futuros Dominus dicit de regno cœlesti: Venite, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Similitudo itaq; ex fide sanctæ trinitatis, & uita bona, & opere sequenti inesse ostenditur, ut exeuntes percipiant promissum consortium angelicæ dignitatis, ut ait Ioannes: Tunc similes ei erimus. Et Dominus: Similes estote patris uestri.

SVnt quidam dicentes hæretici, cur nõ deus uno modo semper locutus est, sed diuersis modis & linguis humano generi prædicauit? Cum secundum capacitatem hominum uidentium atq; cupientium uidere, atque audire, ita sit locutus, & uisus hominibus. Proiecto itaque de Paradiso homine, mortemq; induto, non iam ita apparebat sicut & antea, sed loquebatur de cœlo, uoce

ipsius

ipsius audita, atque ea custodita: processu autem temporis & apparere dignabatur, ut Abrahæ beatissimo Patriarchæ, & alijs per ordinem: sub Moyse autem diuersis rebus apparens, & quod erat timoris atque erroris in monte Sina demonstrabat, posteaq; in figura angeli, & in forma hominis incorporationis suæ affuturæ indicijs præcurrentibus generalem clementiæ nuntiabat uisionem, qua iam per somnia iustis se Dominus ostendebat, ut scriptum est. Postea uero in incorporatione apparens, testabatur Iudæis adnuntians quæ ante dixerat per Prophetas. Quia ergo diuersa erat capacitas uisendi Dominum, ut bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, & diuersa remedia hominum infirmitatibus conferebat, ideoq; languenti seculo in fine plus cõtulit medicinæ, ut & illorũ primorũ uirtus præpotẽs monstrarẽt, et nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicẽte Dño:

Non

Non egent ſani medico,ſed qui infirmi ſunt. Maiores ſunt itaq; priores illi, qui audientes credebant, ut Seth, Enoch, Noë, & cæteri, quàm nos, qui et audientes atq; legentes miſericordiam Chriſti Domini, & bonitatem eius contemnimus copioſam: nam & Iudæorum cauſa & alijs locutus eſt linguis, ut compleatur quod in linguis alijs, & labijs loquar huic populo, & nec ita erunt credituri dicit Dominus: nam per Eſaiam dicit: Verbum meum mittam in Achaiā.

ALia eſt hæreſis, quæ cū legit quatuor animalia in Prophetis, non paruum errorem perſentit, æſtimans quod animalia diuerſa forma prædita deum collaudauerint, ignorantes quod irrationabilia, id eſt, non rationis capacia, deo laudem ut hoïes referre nō poſſunt: Neq; enim deus laudem pecudū quærit, quia non pecudes ad imaginem dei factæ, ſed homines rationabiles à deo ſunt creati, & ad hoc poſiti. Sed qa uiſio eſt Prophetarū diuino ſpiritu prædicata,

dicata hic sanctorũ populorũ quatuor diuersæ uirtutes, diuersaq; certamina nũciabant aduentura seculo in diuersis doctrinis ac uirtutibus, in diuersa subli-mitate eminẽtiæ: quod leonis, uituli, hominis & aquilæ, quorũ diuersæ doctri-næ ac merita fulgentia percurrebãt. Primum in Patriarchis regalis autoritas, in Prophetis deinde sciẽtiæ cœlestis fœcũditas, in sacerdotibus labor fortis, & pertinax cõcertatio cerneretur, in Apostolis uolatus sublimis in cœlũ, & eminens dignitas monstraretur. Vtq; formarũ ante diuersitas nuntiabat, diuersarum quippe uirtutũ cœlestia merita in Christi præsentia manifestarent in seculo, ab eo quippe cõcessa dño saluatore, nam in leone regnũ fortitudinis, in uitulo labor exuperãs, in hoĩe passio indesinens, in aquila uolatus sublimis agnoscit, certantiũ scilicet atq; mirãtiũ, Apostolo dicẽte: nostra cõuersatio in cœlis. Et: rapiemur in cœlũ, & erimus semper cum Christo. Et Dñs dignatus est dicere: Pater ubi ego sum, uolo & isti sint.

Leo. *Vitulus.* *Homo.* *Aquila.*

ALij ſunt hæretici, qui legis præcepta quæ per Moyſen dicta ſunt in Leuitico Iudæis carnaliter, noſtroq; in tẽpore ſpiritaliter reuelata ſunt ignorãtes, ſummam rerum feſtiuitatem numerumq; earum cœleſtis utilitatis prætereunt, neſcientes quid celebrẽt, putantes quod de ſabbatis ſolum, & Paſcha, & azymis Moyſes præceperit, & non de octo feſtiuitatibus quas eccleſia catholica cognoſcit & detinet. Dicit enim ita Moyſes Iudæorum populo primum de neomenia & ſabbatis, ſecundo de Paſcha, tertio de azymis, quarto de manipulis, quinto de tubicinatione, quæ græce σάλπιγξ dicitur, quæ celebrant Iudæi per annum ſolenniter, ſexto autem ieiunium, ſeptimo tabernaculorum conſtructio, octaua quæ eſt plenitudinis fructuum, pomorumq; uindemia Octobris menſis, omnium poſtræma collatio & conſummatio, quæ & ſecundum menſes octo diuerſitas iuxta literam celebratur à Iudæis, & ſecundum ſpiritalem ſcientiam

tiam

tiam incipientibus mense Martio, in o-
ctauo mense, id est Octobre, consum-
mate omnia per ordinē à Christo Do-
mino conferuntur, quæ sunt plena salu
tis æternæ pignora, in fide atque opere
Christianitatis consummanda atq; cō-
probanda: nam etsi tunc temporis iube-
bantur Iudæi deo offerre horum mensi
um diuersa munera, ut recedētes ab ido
lis deo esse cognoscerent offerenda hæc
omnia: attamen illa oblationis spirita-
lis habebant indicia, quæ in octaua per-
fectione uirtutum, id est, diei Domini-
cæ plena fructuum gratia in fide resur-
rectionis Domini iam mortale præmiū
pignusq; diuinitatis subeundæ erunt
angelici adepturi homines, non terre-
stris iam oblationis offerentes munera,
id est, uitæ carnalis sacrificia, sed cœle-
stis gloriæ participationem quippe spe-
rātes à Christo Dño cōsequi saluatore:
octies eñ offerētes dona annua, et octa
ui diei qppe plenitudinē cognoscētes,
diuiniq; spūs accincti fortitudine, id est
summa rerū pfectiōe præditi, de hoc ex

eũtes ſeculo, reſurrectionis illic promiſ-
ſam gloriã ſe poſſe conſequi, cœleſtisq́
dignitatis conſortio copulari nõ deſpe-
rant, quod Dominus dignatus eſt dice
re: Tunc eritis ſicut angeli. Iuſtis omni-
bus & perfectis hoc prædicans, quod et
Dauid dixit pro Octaua adnuntians.

SVnt hæretici, qui ſicuti Iudæi ſeptu
aginta duorum ſanctorum, ſapien-
tiſſimorumq́ uirorum interpretationẽ
Aquila reſpuentes, Aquilæ cuiuſdam hominis
Ponticus unius Pontici, qui poſt annos multos
interpretatus eſt, editionem ſuſcipiunt.
Qui cum quædam prætermiſiſſe neceſ-
ſitate urgente tunc temporis cogerẽt,
diſſonantia putantur dictaſſe, is ueluti
plus à quibuſdam Iudæis maxime intel
lexiſſe laudatur, cum de patre, & filio,
nõ ſicuti illi priores de lege dictauerint:
Septuaginta enim duo dixerunt: aduer
ſus Dominum, & aduerſus Chriſtum
eius. Aquila autem, aduerſus Dominũ,
& aduerſum unctũ eius. Et iterum: Ec-
ce uirgo in utero concipiet, & pariet fi-
lium,

liū, Septuaginta duo dixerūt: Et nomen eius, deus nobiſcum. Aquila autem dixit: Ecce iuuencula concipiet, & pariet filium, & nomen eius potens cum hominibus. Quæ quidē ſi pio ſenſu lectionis accepta fuerint, quo fortis & potēs nemo niſi Chriſtus deus dei ſit filius recte intelligit: ſi autem de eo dubitat, abijciēda, et ſpernēda eſt talis editio. Vnde Iudæi non Septuaginta duorum interpretationes habēt, qui de patre, & filio, & ſancto ſpiritu bene ſentientes, unam ſubſtantiam, diuinitatē, maieſtatemq́ꝫ enuntiarunt, ſed illius Aquilæ, qui non ita recte ſentit de filio dei, ſed quaſi de Propheta nuntiauerit. Vnde interpretationes eius in medio librorum nunquā ponūtur, ſed dextræ læuæq́ꝫ adſignantꝰ. Et ut contraria, & nō plena ueritatis ita leguntur à plurimis. Septuaginta uero duorum decreta atq́ꝫ conſulta, ea legens eccleſia catholica ſemper habet, & detinet incunctanter, illius autem quaſi ſuperflua ita æſtimat eſſe & iudicat. Hæc etenim, id eſt, Septuaginta duorū interpretatio,

EST hæresis, quæ iterum sex uirorũ interpretationẽ postea editã uult sequi, non illorum priorum sanctorum qui Septuaginta duorũ alijs modis interpretari desiderant, non paruum errorem incurrit, diuersa itidem sentiens de fide catholica.

SVnt hæretici alij, q̃ Theodotionis & Symmachi itidem interpretationem diuerso modo expositam sequuntur, non illam beatissimorum priorum, quã ecclesia catholica colit & prædicat.

EST alia hæresis, quæ de dolio inuentos libros post captiuitatẽ, postq̃ incensionem prolatos, & non consentientes interpretationi primæ sanctorum uirorũ uult sequi, cum ecclesia catholica Septuaginta duorum interpretationem legat, colat, & prædicet: alia autem superuacua, & contraria tantæ editioni contemnit & abijcit.

Sunt

SVnt quidam hæretici non intelligẽtes quod dicit ſcriptura: Dijs alienis non maledicetis. Et ita obſeruāt, putantes de uanitate Paganorum dixiſſe, atq; ita ſentientes nõ paruum ſalutis ſuæ ſuſtinent detrimentum: Cum enim Moyſes dicat: Templa eorum deſtruetis, idola frangetis. Et Abraham beatiſſimus frangẽs idola iuſtificatus eſt. Et Gedeon nocte incendens idola & frangens, à deo tantum uirtutis meruit impetrare, ut cum paucis infinitos uinceret inimicos: omnesq; iuſti, ut Helias, & alij itidem: quomodo ergo hic æſtimat homo imprudens de idolorum dixiſſe uanitate, ijſdemq; non eſſe maledicendum? cum Dauid dicat: Similes illis fiant qui adorant ea. Hic itaq; dijs non eſſe maledicendum alienis cum dicit, eſt iuſtis ab origine mundi colentibus pietatem ueram, id eſt angelis, & ſanctis alijs ueræ fidei dedicatis nõ eſſe maledicendũ: nam omnes iuſti maledixerunt idolis, & fregerunt ea, indeq; meruerunt gratiam: Vt Moyſes fecit de monte deſcen

Dijs alienis non eſſe maledicendũ quid ſit.

iam præsentia consummatione myste-
rij per passionem celebrata in suppleme-
tum panderetur, ut cessante umbra cœ-
lestis etiam lucis omni seculo ueritas re-
fulgeret, quæ corpus & animum homi
nis accẽderet, atque amore cœlesti sen-
sum hominis excitaret. Qui ergo uani
homines cõcupiscentijs carnis inserui-
unt, fingunt aũt non posse sentire, aut si
eis exponitur contemnunt discere, le-
gisq́ nolentes uirtutẽ agnoscere, nõ mi
nus Iudæi, uel Pagani iudicandi sunt.

ALia est hæresis, quæ dicit manda-
tum non esse accipiẽdum, quod
Adam pater noster acceperat: neq; esse
illud uirtutis, aut utilitatis alicuius opi-
nantur, cum sine mandato illo, nec lex
Moysi possit accipi, nec Christi agno-
sci perpetua & effusa gratia, atq; copio-
sa: Triplici enim uirtute in corpore con
stitutus omnis homo de lege diuina do
cendus, aut monendus instruitur, ut in
prima ætate sub mandato sit, secũda sub
lege, tertia sub gratia Saluatoris. Ideocq;
lex ammonitio est potius ꝓpter obliuio
nem

nem mādati priſtini, quod pater noſter Adam in primis à deo acceperat in Paradiſo, ita enim ſcriptum eſt in lege: Ne oblitus mādatum Domini dei tui receſſeris ab eo & pereas. Ideo lex ammonitio mandati, & confirmatio eſt primi illius. Iterum mandatū & lex Chriſti plenam prædicant gratiæ bonitatē, ac præſentiam ſalutarē. Ideoq; Dominus ait: Ecce q loquebar in Prophetis adſum. Maiores ſunt itaq; qui ſub mandato fuerūt antiqui, cum nō obliti etiā Chriſti ſaluatoris, ſuis poſteris & eius myſteriū nuntiarūt, cuius & obliuione exiſtente in Iudæis ammonitio rurſum literæ ſub ſecuta eſt, ut in litera etiam Chriſti ſpiritalis ſcientia, & carnalis præſentia illuminans ſeculum ſperaretur. Ideoq; lex Moyſi aliud in ſono uocis, aliud in abſcondito ſalutare Chriſti myſterium cōtinens nuntiabat. Ergo neq; mādatum ſine lege, nec lex ſine mandato, nec gratia Chriſti ſine lege & mandato accipi aut credi debet ab aliquo.

Sunt

SVnt quidam hæretici, qui cum le/ gunt ſcripturam, dicēte Domino: Faciamus hominem ad imaginem & ſi militudinem noſtram: nō in paruam de ſcendunt amentiam, ignorantes primū quid imago, quidúe ſimilitudo ſit dei. Cumq́ neſciunt quid ſit imago dei na/ tura proprietatis, & quid poſitionis ſit gratia, non paruam ſibi præſumunt ſu/

Imago. perbiā dignitatis. Imago enim dei, id eſt anima omnis hominis, facta ex nihilo:

Similitudo. Similitudo autem in fide & uita niſi co gnita fuerit à deo, appellari non poteſt dei imago ſimilis. Cumq́ ſe eſſe plus æ/ ſtimat aliquis, præſumptionis crimen incurrit potius, quàm meritum dignita tis ſibi acquirit: Nam cum hæc peccans inuenitur anima, & iudicio obnoxia de tinēdo cognoſcitur, quomodo eſſe po teſt hæc dei naturalis imago, quæ diuer ſis peccatis dinoſcitur inſeruire: cum a/ lia nulla eſſe poſſit naturalis imago dei diuina & patris propria, non angeli, aut hominis, niſi Chriſti dei filij, qui natura proprietatis indiſcreta paternæ ſubſtan

tiæ, ac

tiæ,ac sempiternæ imago sit,genita proprie, non positione seruitutis creata ex nihilo,ut homo & angelus. Ideoq; imaginem,id est,animam hominum Paganorum,Iudæorum,hæreticorum, & omnium dici posse declarauit in communi generatione,atq; unius qualitatis natura scriptura substantiam nuntiauit: similitudinem autem non omnium, sed sanctorum,& Christianorum esse tantummodo declarauit, qui in fide, uita, & bono opere permanentes, angelorū cœlestia merita in futurum cōsequi promittuntur,ut Patriarchæ, Prophetæ,Sacerdotes,Iudices,Apostoli,atq; Euangelistæ,& Martyres, qui trinitati credētes,& in uita præclara permanentes,angelorum gloriæ copulari à Domino nūtiantur: Similitudo enim ex doctrina legis,fide,uita,& studio,& opere cognoscitur uera,ut quæ à deo facta est legi eius diuinæ consentiens præcepta statuta complendo,regni cœlestis consortium speret ab eo se posse adipisci,dicente Apostolo: Nostra autem conuersatio in

cœlis

cœlis eſt. Et Dominus iterum: Gaudete, quia nomina ueſtra in cœlo ſcripta ſunt. Et quod in die iudicij eos ſicut angelos demonſtrabat futuros Dominus dicit de regno cœleſti: Venite, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Similitudo itaq; ex fide ſanctæ trinitatis, & uita bona, & opere ſequenti ineſſe oſtenditur, ut exeuntes percipiant promiſſum conſortium angelicæ dignitatis, ut ait Ioannes: Tunc ſimiles ei erimus. Et Dominus: Similes eſtote patris ueſtri.

SVnt quidam dicentes hæretici, cur nō deus uno modo ſemper locutus eſt, ſed diuerſis modis & linguis humano generi prædicauit? Cum ſecundum capacitatem hominum uidentium atq; cupientium uidere, atque audire, ita ſit locutus, & uiſus hominibus. Proiecto itaque de Paradiſo homine, mortemq; induto, non iam ita apparebat ſicut & antea, ſed loquebatur de cœlo, uoce

ipſius

ipsius audita, atque ea custodita: processu autem temporis & apparere dignabatur, ut Abrahæ beatissimo Patriarchæ, & alijs per ordinem: sub Moyse autem diuersis rebus apparens, & quod erat timoris atque erroris in monte Sina demonstrabat, posteaq́ in figura angeli, & in forma hominis incorporationis suæ affuturæ indicijs præcurrentibus generalem clementiæ nuntiabat uisionem, qua iam per somnia iustis se Dominus ostendebat, ut scriptum est. Postea uero in incorporatione apparens, testabatur Iudæis adnuntians quæ ante dixerat per Prophetas. Quia ergo diuersa erat capacitas uisendi Dominum, ut bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, & diuersa remedia hominum infirmitatibus conferebat, ideoq́ languenti seculo in fine plus cōtulit medicinæ, ut & illorū primorū uirtus præpotēs monstrarēt, et nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicēte Dño:

Non

Non egent ſani medico,ſed qui infirmi ſunt. Maiores ſunt itaq; priores illi,qui audientes credebant, ut Seth, Enoch, Noë,& cæteri, quàm nos,qui et audientes atq; legentes miſericordiam Chriſti Domini, & bonitatem eius contemnimus copioſam:nam & Iudæorum cauſa & alijs locutus eſt linguis,ut compleatur quod in linguis alijs, & labijs loquar huic populo,& nec ita erunt credituri dicit Dominus:nam per Eſaiam dicit; Verbum meum mittam in Achaiã.

ALia eſt hæreſis, quæ cũ legit quatuor animalia in Prophetis, non paruum errorem perſentit, æſtimans quod animalia diuerſa forma prædita deum collaudauerint,ignorantes quod irrationabilia,id eſt, non rationis capacia,deo laudem ut hoĩes referre nõ poſſunt: Neq; enim deus laudem pecudũ quærit,quia non pecudes ad imaginem dei factæ, ſed homines rationabiles à deo ſunt creati,& ad hoc poſiti. Sed qa uiſio eſt Prophetarũ diuino ſpiritu prædicata,

dicata hic sanctorũ populorũ quatuor diuersæ uirtutes, diuersaq; certamina nũciabant aduentura seculo in diuersis doctrinis ac uirtutibus, in diuersa subli/mitate eminẽtiæ: quod leonis, uituli, hominis & aquilæ, quorũ diuersæ doctri/næ ac merita fulgentia percurrebãt. Primum in Patriarchis regalis autoritas, in Prophetis deinde sciẽtiæ cœlestis fœcũditas, in sacerdotibus labor fortis, & pertinax cõcertatio cerneretur, in Apostolis uolatus sublimis in cœlũ, & emi/nens dignitas monstraretur. Vtq; for/marũ ante diuersitas nuntiabat, diuersarum quippe uirtutũ cœlestia merita in Christi præsentia manifestarent in seculo, ab eo quippe cõcessa dño saluatore, nam in leone regnũ fortitudinis, in uitulo labor exuperãs, in hoĩe passio indesinens, in aquila uolatus sublimis agno/scit, certantiũ scilicet atq; mirãtiũ, Apostolo dicẽte: nostra cõuersatio in cœlis. Et: rapiemur in cœlũ, & erimus semper cum Christo. Et Dñs dignatus est dicere: Pater ubi ego sum, uolo & isti sint. *Leo.* *Vitulus.* *Homo.* *Aquila.*

ALij sunt hæretici, qui legis præcepta quæ per Moysen dicta sunt in Leuitico Iudæis carnaliter, nostroq; in tẽpore spiritaliter reuelata sunt ignorãtes, summam rerum festiuitatem numerumq; earum cœlestis utilitatis prætereunt, nescientes quid celebrẽt, putantes quod de sabbatis solum, & Pascha, & azymis Moyses præceperit, & non de octo festiuitatibus quas ecclesia catholica cognoscit & detinet. Dicit enim ita Moyses Iudæorum populo primum de neomenia & sabbatis, secundo de Pascha, tertio de azymis, quarto de manipulis, quinto de tubicinatione, quæ græce σάλπιγξ dicitur, quæ celebrant Iudæi per annum solenniter, sexto autem ieiunium, septimo tabernaculorum constructio, octaua quæ est plenitudinis fructuum, pomorumq; uindemia Octobris mensis, omnium postræma collatio & consummatio, quæ & secundum menses octo diuersitas iuxta literam celebratur à Iudæis, & secundum spiritalem scientiam

tiam incipientibus mense Martio, in octauo mense, id est Octobre, consummate omnia per ordinē à Christo Domino conferuntur, quæ sunt plena salutis æternæ pignora, in fide atque opere Christianitatis consummanda atq; cōprobanda: nam etsi tunc temporis iubebantur Iudæi deo offerre horum mensium diuersa munera, ut recedētes ab idolis deo esse cognoscerent offerenda hæc omnia: attamen illa oblationis spiritalis habebant indicia, quæ in octaua perfectione uirtutum, id est, diei Dominicæ plena fructuum gratia in fide resurrectionis Domini iam mortale præmiū pignusq; diuinitatis subeundæ erunt angelici adepturi homines, non terrestris iam oblationis offerentes munera, id est, uitæ carnalis sacrificia, sed cœlestis gloriæ participationem quippe sperātes à Christo Dño cōsequi saluatore: octies eñ offerētes dona annua, et octaui diei qppe plenitudinē cognoscētes, diuiniq; spūs accincti fortitudine, id est summa rerū pfectiōe præditi, de hoc ex

eũtes ſeculo, reſurrectionis illic promiſſam gloriã ſe poſſe conſequi, cœleſtisq́ dignitatis conſortio copulari nõ deſperant, quod Dominus dignatus eſt dicere: Tunc eritis ſicut angeli. Iuſtis omnibus & perfectis hoc prædicans, quod et Dauid dixit pro Octaua adnuntians.

SVnt hæretici, qui ſicuti Iudæi ſeptuaginta duorum ſanctorum, ſapientiſſimorumq́ uirorum interpretationẽ reſpuentes, Aquilæ cuiuſdam hominis unius Pontici, qui poſt annos multos interpretatus eſt, editionem ſuſcipiunt. Qui cum quædam prætermiſiſſe neceſſitate urgente tunc temporis cogerent, diſſonantia putantur dictaſſe, is ueluti plus à quibuſdam Iudæis maxime intellexiſſe laudatur, cum de patre, & filio, nõ ſicuti illi priores de lege dictauerint: Septuaginta enim duo dixerunt: aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Aquila autem, aduerſus Dominũ, & aduerſum unctũ eius. Et iterum: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium,

Aquila Ponticus

liũ, Septuaginta duo dixerũt: Et nomen eius, deus nobiſcum. Aquila autem dixit: Ecce iuuencula concipiet, & pariet filium, & nomen eius potens cum hominibus. Quæ quidẽ ſi pio ſenſu lectionis accepta fuerint, quo fortis & potẽs nemo niſi Chriſtus deus dei ſit filius recte intelligit: ſi autem de eo dubitat, abijciẽda, et ſpernẽda eſt talis editio. Vnde Iudæi non Septuaginta duorum interpretationes habẽt, qui de patre, & filio, & ſancto ſpiritu bene ſentientes, unam ſubſtantiam, diuinitatẽ, maieſtatemq́ enuntiarunt, ſed illius Aquilæ, qui non ita recte ſentit de filio dei, ſed quaſi de Propheta nuntiauerit. Vnde interpretationes eius in medio librorum nunquã ponũtur, ſed dextræ læuæq́ adſignantũ. Et ut contraria, & nõ plena ueritatis ita leguntur à plurimis. Septuaginta uero duorum decreta atq́ conſulta, ea legens eccleſia catholica ſemper habet, & detinet incunctanter, illius autem quaſi ſuperflua ita æſtimat eſſe & iudicat. Hæc etenim, id eſt, Septuaginta duorũ interpretatio,

pretatio, sub Ptolemæo rege Aegyptiorum, post Alexandrum Macedonem est edita omnibus, populoq; iudaico in Hierusalem data est, cū habitarent non multi Iudæi, uelut in subiectione iam positi regis Aegyptij, rogatiq; ab ipso Ptolemæo, ut interpretes mitterentur Alexandriam. Quò cum uenissent Septuaginta duo sapientes, ac prudentes uiri interpretes, secundum iussum regis hebræam linguā græco sermone interpretati græcis literis ediderunt, sicuti & factum est. Cumq; suscepisset eos Ptolemæus rex Aegypti, tentare uolens si esset eorū diuina scriptura, quam legebant Iudæi, separatim quemque iussit includi in cubiculum, nullumq; uidere alium, nisi solo excepto eo, qui interpretem exciperet dictantem: omniumq; accipiens postea interpretationem, quotidie cum consentientem in unum inueniret editionem omnium, iussit conscribi atq; poni in templum, ut uenietibus de Achaia, de Græcia, atq; alijs prouincijs Philosophis, Poëtis, et Historiographis,

phis, cupientibus legendi copia non negaretur. Vnde & maxime argumenta sumentes Philosophi, Poëtæ, Oratores, atque Historiographi sicuti uoluerũt ad suæ paganitatis mendacia transtulerunt, alijsque nominibus rudes puerorũ animos edocentes, legem dei diuinam irritam seculo facere properarunt, impietatisque semina in sono uerborum, in periculosis sententijs confirmarunt, quorum causa dicebat & Dominus, fures atque latrones eos fuisse, in omnibus atque ab omnibus cognoscendos.

Est hæresis, quæ iterum post Aquilam triginta hominum interpretationem accipit, non illorum beatissimorũ Septuaginta duorum, qui integre inuiolateque de trinitate sentientes, ecclesiæ catholicæ firmamẽta certissima tradiderunt interpretantes scripturas. Isti triginta in multis Aquilã sunt secuti, unde ab ecclesia catholica & istorum non suscipitur interpretatio, quæ cõtinetur in libris autenticis.

EST hæresis, quæ iterum sex uirorũ interpretationẽ postea editã uult sequi, non illorum priorum sanctorum qui Septuaginta duorũ alijs modis interpretari desiderant, non paruum errorem incurrit, diuersa itidem sentiens de fide catholica.

SVnt hæretici alij, q Theodotionis & Symmachi itidem interpretationem diuerso modo expositam sequuntur, non illam beatissimorum priorum, quã ecclesia catholica colit & prædicat.

EST alia hæresis, quæ de dolio inuentos libros post captiuitatẽ, postq; incensionem prolatos, & non consentientes interpretationi primæ sanctorum uirorũ uult sequi, cum ecclesia catholica Septuaginta duorum interpretationem legat, colat, & prædicet: alia autem superuacua, & contraria tantæ editioni contemnit & abijcit.

Sunt

SVnt quidam hæretici non intelligẽtes quod dicit ſcriptura: Dijs alienis non maledicetis. Et ita obſeruãt, putantes de uanitate Paganorum dixiſſe, atq; ita ſentientes nõ paruum ſalutis ſuæ ſuſtinent detrimentum: Cum enim Moyſes dicat: Templa eorum deſtruetis, idola frangetis. Et Abraham beatiſſimus frangẽs idola iuſtificatus eſt. Et Gedeon nocte incendens idola & frangens, à deo tantum uirtutis meruit impetrare, ut cum paucis infinitos uinceret inimicos: omnesq; iuſti, ut Helias, & alij itidem: quomodo ergo hic æſtimat homo imprudens de idolorum dixiſſe uanitate, ijſdemq; non eſſe maledicendum? cum Dauid dicat: Similes illis fiant qui adorant ea. Hic itaq; dijs non eſſe maledicendum alienis cum dicit, eſt iuſtis ab origine mundi colentibus pietatem ueram, id eſt angelis, & ſanctis alijs ueræ fidei dedicatis nõ eſſe maledicendũ: nam omnes iuſti maledixerunt idolis, & fregerunt ea, indeq; meruerunt gratiam: Vt Moyſes fecit de monte deſcen

Dijs alienis non eſſe maledicendũ quid ſit.

dens, sine eo quod Christi nuntij, hij sunt dij ut Moyses Pharaoni & Aegyptijs, cum scriptura clamet: Ergo dij estis. Vtique qui sanctam adorandamq; trinitatem colentes forti fide prædicāt, qui & omnes iusti uere beati & sancti sunt, & ut dij infideliū scilicet dinoscuntur, quia ait Dominus: ad quos fuit uerbum dei, & per eos prædicatum est, incredulorū dij ipsi sunt appellati, ut Paulus, Barnabas, et Moyses Pharaoni, qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus collaudandi atq; honorandi, & glorificandi, ut dixit Dauid: Timētes autē Dominum glorificauit. Et Dominus: Glorificantes me glorificabo. Non ergo intelligentes uirtutem scripturarum ex litera paganitati consentiunt, & alieni à Christianitate reperiuntur. Quia ergo non credebāt iustis Iudæi Prophetis, & alijs talibus, alieni & isti sicut & Pagani iudicabūtur à Domino per scripturam, atque ita nuntiabatur, ne male dicerent suis doctoribus, & Prophetis, & iustis aliis.

Sunt

SVnt quidã legentes hæretici in Genesi de Melchisedech sacerdote atque rege, qui erat in Salem ciuitate, tũc temporis ita nominata sub Abraham beatissimo Patriarcha, de quo ait scriptura: Sine patre, sine matre fuisse genitum eum, cum sit hoc contrarium ita sentire: Scriptura enim nõ de carnali eũ generatione editum esse negauit, sed de iustis eum non genitum parentibus declarauit, qui naturali studio de mandato pristino ad tantam Christi peruenire meruit scientiam, ut quæ à parentibus suis nõ audierat, proprio tamen studio maiora Christi mysteria per mandatum agnosceret offerẽda, cũ dicat Dominus p Prophetas: Ecce ego facio noua. Et: Priusquã ueniant annuntiata sunt uobis. Et: Nolite meminisse præterita, quæ in lege carnaliter dicta sunt. Et Saluator ait: Q d' nascit̃ de carne, caro est: & qd' nascit̃ de spiritu, spiritus est. De hoc eñ cum dicit: sine patre, sine matre editum, sine traditione atq; doctrina parentum eũ fuisse inquisitorẽ scriptura nũtiauit, naturaq;

Melchisedech sine parentibus ortum quid sit.

naturaq́ potentem ad panem cœlestis sapientiæ, id est, Christi mysterij per mãdatum declarauit aduertentes: quod sciens Apostolus, naturam hominum cœlestis scientiæ ac pietatis esse capacem in omnibus, prædicabat ita: Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, isti legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostẽdunt opus legis scriptum in cordibus suis, & cætera. Quod etiã ait Dominus Petro; quia caro & sanguis non illi reuelasset, sed pater qui in cœlis est: fidem q̃ppe Domini saluatoris ostẽdens. Ideoq́ & ipse iterum Dominus: Si quis nõ renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ intrabit, inquit, in regnum cœlorum. Et iterum in lege: Qui dixerunt patri et matri, non nouimus uos, isti custodierunt mãdatum meum, dicit Dominus. Non genituram parentum odiendam utiq́, sed impietatem eorum paganam spernandam atq́ damnandam esse modis omnibus collaudabat, cum dicat: Si quis non renuntiauerit suis omnibus,

non

non erit dignus regno cœlorum. Hic igitur beatus Melchiſedech cum de alienigenis, id eſt, Chananæis impijs fuiſſet editus, contempta impietate parentum, cum capax legis diuinæ cœleſtisq́ eſſet, & ſuo ſtudio, ut dei imago inquiſito dei myſterio, contemptis impijs parentibus, non ſolum cognoſcere Chriſtum Dominum ante in mandato, inſuper etiam eius cœleſte myſterium meruit intuens & intelligens celebrare. Ideoq́ & Apoſtolus baptizatis dicebat: Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Duorum igitur populorum Melchiſedech, & Abrahæ erat tunc in unũ ſocietatis coniunctio præcepta quippe & circuncisionis conueniens ratio, ut Melchiſedech quidem perſonã Chriſtianorum gereret, ita ut nos uiuamus, & celebremus in omnibus. Iudæorum autẽ figurã Abrahæ circuncisio Chriſti quippe fidei ſubdita, cœleſtiq́ eius inſeruiens myſterio ſalutari, ut Abrahã beatus Melchiſedech ſacerdoti magno erat ſubditus, cui inſuper etiã decimas de ſuis faculta

Melchiſedech Chriſtianorum typum geſſit.

Abrahã Iudæorũ typum geſſit.

is facultatibus offerre non dubitaret ut regi atque sacerdoti dei, quod nunc Iudæorum indocilitas subiecta nobis est. Cum uelit edifcere atq; à nobis de lege et Prophetis Christi mysteria paulatim agnoscere, atq; in eius passione cœlestẽ sperare scientiam de lege pariter & Prophetis.

SVnt quidam legentes in Zacharia, quo dicit: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Israël in exultationem & gaudium. Quid ergo si quis omnẽ septimanã uoluerit, aut mẽses ieiunare multos, in præiudicium incursurus est? Absit: imò potius laudem habebit ampliorem, ut multi Prophetæ fecerunt, & iusti homines quotidie faciunt plurimi, sed cum dicit quatuor ieiunia, ueluti dies quatuor ieiunandos decernit: Nõ autem nobis dixit, aut mẽsis alicuius, aut anni, sed sic absolute prædicauit, ut mysteria Christianitatis ipsis quatuor ieiunijs nuntiata cognosceremus; nam per annum quatuor ieiunia

in ecclesia

in ecclesia celebrantur: In natali primũ, deinde in Pascha, tertiũ in Epiphania, quartum in Pentecoste: Nam in Natali Saluatoris Domini ieiunandum est, deinde in Paschæ Quadragesima, atq; in Ascẽsione itidem in cœlũ post Pascha die quadragesimo, inde usq; ad Pentecosten diebus decem: Id quod postea fecerunt beati Apostoli post ascensionem, ieiunijs & orationibus insistentes ut scriptum est, quod meruerint in Pentecoste plenitudinem diuini spiritus, & perfectionẽ conseq potestatis, ut irrigatione diuini spiritus affluẽte, iam armis instructi cœlestibus, omni dubitatione seposita, in qua erãt ante, post autẽ doctores inuicti & gloriosi martyres ipsius Dñi fieri quotidie ꝑperabãt, Iudæos & Paganos edocentes, eisq; de lege & Prophetis Christũ ubique Dominũ cũ patre sempiternũ Prophetarũ testimonijs comprobantes, eiusq; presentiã carnalem saluberrimã orbi terrarum annuntiantes. Alij autem putant secundum quatuor tempora anni cuiusque dixisse *Quatuor ieiunia.*

dixisse scripturam. Alij etiam de Noë dixerũt: Quando audijt & credidit, inde cum arcam confecit: postea autẽ cũ intrauit in eã: quarto quando exiuit de arca. Alij autem Iudæorum Israël dixisse scripturam arbitrantur, quod cum audiuit populus primum in Aegypto per Moysen tunc temporis & credidit, liberatur de Pharaone & Aegyptijs: deinde ꝙ exiuit de Aegypto: tertio quod in montem iuit, & accepit legem à Domino saluatore: quarto quod intrauit in terram repromissionis: sed non omnes introierunt, sicut scriptum est, nisi duo soli, Iesus & Chaleb, ut dixit scriptura. Alij autem dixerunt, quatuor ieiunia sunt ecclesiæ ista in quatuor libris Moysi: quia primũ fecit deus omnia in Genesi & hominem, ut scriptum est. Secũdo in Exodo, quo de tenebris liberatus exit omnis homo credens in Christum deum. Tertio quo in Leuitico offert sacrificia diuersa, quæ sunt ibi omnia Christianitatis mysteria. Quarto post oblationem spiritalium donorum in libro

bro Numeri mereatũ omnis fidelis con-
scribi, quod ait & Dominus: gaudete,
quia nomina uestra scripta sunt in libro
cœlorũ. Ideo & Dauid de Iudæis dicit:
Deleantũ de libro, & cũ iustis nõ scribã-
tur. Et ipse iterum: Et in libro tuo in te
credentes conscribentur. Hæc etiam ie-
iunia in quatuor Euãgelia nos oportet
accipere, de Patriarchis, Prophetis, Sa-
cerdotibus, & Apostolis, quæ in nobis
complenda sunt. Quod primum fides
Patriarcharum, deinde uirtus Prophe-
tarum, tertio labor sacerdotum, quarto
Apostolorũ perfectio inuicti certami-
nis nuntiantur, quæ diuersæ uirtutes in-
uicem cum suis uirescunt cõnexæ tem-
poribus, & docentes homines diuersa
iocunditatis gaudia desiderantibus &
cupientibus subministrant.

SVnt hæretici, qui cũ legunt in Solo-
mone, sexaginta Reginæ, & octo-
ginta concubinæ, & iuuenculæ quarũ
numerus non est: putant eum mulierũ
causa & iuuencularum atque concubina-

rum numerum edixisse. Cumq; ita sentiunt, infructuosi, imò potius ut Pagani impij, & Iudæi ineruditi atq; indocti iudicantur, ignorantes quod hæc rationabilia sunt & intellectibilia ab eodem nuntiata, quæ in Christi maiestate & potentia diuersa gratiarum munera humano generi ostendebātur aduentura, diuersisq; temporibus uoluntati hominum ac capacitati desiderantiū ab eodē impertita, non denegante parem gratiam, sed iuxta quod capere potuisset uoluntas hominū nosceretur, ipso Domino tribuente atq; conferēte quærentibus studiose, cum dicat beatus Apostolus Petrus: In ueritate cognosco q deus personarum acceptor non est. Et Paulus Apostolus itidem: Deus hominis, inquit, personā non accipit. Ex uolūtate itaq; iuxta quod quisq; desiderat, ita & à deo Christo ei tribuetur atq; impertitur quotidie. Diuersæ igitur dignitates ac diuersæ gloriæ à Solomone nobis nuntiatæ sunt: In mandato quippe, lege, & Christi gratia oïa quæ & primo

& secundo

& secundo & postremo tẽpore populis per diuersa meritorũ collata sint munera dignitatis, ut priori populo, deinde Iudæorũ, tertio Christianorũ, qui ab illis prioribus qui ante Iudæos fuerunt cum edocemur in Christi præsentia & de diuersam effusam gratiam capientibus & quærentibus quotidie peruidemus effundi. Nam quod aliæ animæ ad regimina, aliæ ad coniunctionẽ, aliæ ad incrementũ perfectionis ætatis in coniunctionem futuræ fidei Christi domini uocentur, manifestum est dicente Apostolo: Qui cohæret Christo domino unũ corpus est. Nam ubi reginæ nomen dicitur, regni cœlestis manifestat excellens nobilitatis sublimitas, quod & Dominus uocationem multorũ prædicans, paucarum electionem annuntiat affuturam. In quibus triplex uirtutis dignitas enitescit & in Euangelio, dicente Domino ad illum: Si uis esse perfectus, uade, uende omnia quæ habes & da pauperibus, & ueni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo.

At ille triſtatus eſt, inquit, ut ſcriptũ eſt, Ergo etſi ante generaliter ſecundũ temporis diuiſionẽ populorumq́ factum eſt, tamen in Christi præſentia triplex gratia reſplendet ac dignitas, ut alij perfecti, alij ſequentes, alij poſtea ſecuturi demonſtrarentur, non in uno modo dignitatis, id eſt, regni cœleſtis inueniẽdi, ſed ſecundũ fidem ac laborem eorũ atq́ diuerſa certamina mercedem congruã adepturi, dicente domino: Multæ manſiones ſunt apud patrem meũ. Ideo & Dauid animã ad regimen uocatam modis omnibus collaudat, edocens: Aſtitit regina à dextris tuis. Aliam etiam ſequi hortatur: Audi filia & uide, & obliuiſcere domus patris tui, & concupiſcet rex ſpeciẽ tuã. Vt ergo eſt rationis cõuenit cognoſcere quod alij in regnũ, alij in paradiſum, alij in uitã atq́ remiſſionẽ peccatorũ in futuro erunt deputandi, quod non negatur currentibus ac uolentibus nunc ut oportet: diſſimulantibus autem, & non recte currentibus à domino hæc non erunt conferenda.

Alia

ALia est hæresis, quæ spiramē quod accepit Adam putant tantū esse, quantū est à Christo post resurrectionē concessum Apostolis: cū ignoret quod spiramen est modicæ uirtutis aliqua gratia, in audienda lege dei multorum primum. Spiritus autē perfectionis est plenitudo. Spiramen itaq; datur ab infantia & catechumenis. Spiritus autem in incremēto doctrinæ fideiq;, & salutaris baptismi plena dei gratia, ut intelligere, & ad maiorem iam possit scientiā peruenire. Ideoq; post baptismū spiritū ut Apostoli iam nō sed spiramen accipit qui baptizaт in trinitate: Cōmune est enim omniū spiramen: Spiritus autē paucorum est fideliū atq; credentiū, & discentium, & ueluti ab honore ad honorē, & à gloria ad gloriam maiorē cœlestemq; scientiam & gratiam peruenientiū, dicente Apostolo, quod à fide in fidem procedimus, & à gloria ad gloriā prodire properamus. Ideo ait ipse: Primus homo de terra terrenus, secūdus homo de cœlo cœlestis, ut & natura nō exors

Spiramen.

Spiritus.

Christi muneris inueniatur aliena penitus, id est, nec catechumenus, & fides atque doctrina, studiumque & uita praeclara in paucorũ fidelium & cupientiũ uoluntate dinosceretur exuberans, dicẽte Domino: Habenti dabit, & plus ei adijcietur: Non habenti autem & quod habere uidetur auferẽ ab eo. Quod Iudaeo contigit, & alijs itidem plurimis.

EST haeresis, quae cum audit in Zacharia propheta de funiculo agrimensorio, de quo & Dauid edixerat, quod angelus tenẽs ibat mẽsurare Hierusalem, aestimat secundum literam ita dixisse scripturã: cum non Hierusalem metiri, quae tradi debebat hostibus, sed credentiũ recte atque paucorum perfecte lectio nuntiabatur per angelũ affutura, ut dictũ est: Multi uocati, pauci electi. Hierusalẽ ergo in funiculo agrimensorio mensurabatur, id est, & ante sub paucis, & post fidẽ Christi paucorũ catholicae fidei gignendo electio praedicabaẽ in seculo. Quod et Apostolus ait: Oportet haereses

Agrimensorius funiculus in Zacharia

hæreses esse ut ꝓbati manifestent. Quia ergo funiculus hæreditarius triplici uirtute cõnexus est, id est, patris, & filij, & spiritus sancti, hæc coniunctio cũ in una eademq́ accipitur fide atq́ credulitate: Aequalitatis quippe, & uirtutis cõiungenda unitas, atq́ colenda potẽtia cum noscitur ab ecclesia catholica, non in diuersa maiestatis aut qualitatis credenda substãtia prædicatur, ut quidã æstimant Hæretici. Quod & Dñs dicere dignatus est: Putas filius hominis cum uenerit, inueniet fidem super terrã? Quia & ante Propheta quod tũc erat in paucis, & post Christi præsentiã, passionem, & resurrectionẽ eius, diuinamq́ sententiã quod essent præuaricaturi, hoc ita nunciatũ sit, ut sint hæretici hodie qui à spiritu sancto, aut à filio recedẽtes diuersam maiestatis & potentiæ inæqualitatem quotidie prædicant aberrantes. In hoc ergo nos oportet agnoscere, quod funiculus, ut ait Solomon, triplex non disrumpetur, quod & credi debet à nobis, quod & de diuina substantia, &

propria filius & sanctus sit itidem spiritus: Patri quippe cõnexus in omnibus, qui & cognosci debet & coli ab omnibus. In hac ergo cõiunctione baptismi & Saluator nos dignatus est confirmare, imperans: Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. In quo coniungentes filium patri, & spiritũ cum filio & patre, hanc salutẽ cognoscimur adepturi, quia non aliunde salutis remedium, nisi ex fide hac humano generi cognoscimus affuturam. Vnde & in hac cõiunctione sanctæ adorandæq; trinitatis gaudemus, in qua ante Adã pater noster, Noë, Abraham, Moyses & Prophetæ, sacerdotes, Iudices, & Apostoli, pariter & Euangelistæ prædicentes meruerũt consequi angelicã dignitatẽ, in qua et ecclesia catholica exultat, hoc prædicãs quotidie atq; edocens, eandẽq; hanc omnẽ impietatẽ paganã & iniquitatẽ Iudaicã destruens quotidie omni exultat in gaudio. Nam etsi triplex funiculus debet accipi primũ mandati, deinde legis in medio tẽpore,

deinde gratia saluatoris utilitatis nō par
uæ est, aut si de fide, spe atq; charitate, ut
dixit beatus Apostolus, qs uelit accipe:
& in hoc non parui est intellectus pru
dentioribus, ac spiritalia desiderātibus
plurimis.

EST quoque hæresis, quæ cum legit in Esaia Propheta, quod Cherubin & Seraphin animalia duo sex pennis prædita, duabus faciem dei, duabus pedes tegebant, & duabus clamabant uoce sublimi deum collaudantes, nimium conturbatur: & nunc historiam quærens, nunc rationē intellectibilem perscrutans, diuersa ambiguitate fatigatur. Cum & secundum literā non parua sit utilitas, & secundum intellectibilem rationem Christi resonet cœlestis sciētia. Secundum literam enim primū, quod deū inuisibilem scriptura docendo, impietatē ubiq; paganam damnabat, in quo scripturæ illorum impiæ uisibilem & compositum prædicant. Deinde etiam Iudæorum, ne & ipsi pari cæcitate obtecti, ut Gētes impiæ corrupti

ſenſibus deperiret, hoc ita edocuit. Sed hic etiam erat Iudæorum futuri tempo ris in Chriſti præſentia incredulitas & coopertio annuntianda myſterij: quod cæcitate operti nimia, nec Prophetæ, nec ipſi Domino erant poſtmodũ credi turi, cum miſſus ad populum prædicat manifeſte: Aure audietis, & oculo ui/ debitis, & non intẽdetis: cooperti quip pe tenebris lucem ſalutis æternæ, id eſt Chriſti carnalem præſentiam non erãt agnituri, ſicut & factũ eſt: Quod Apo/ ſtolus docens, uelamen eſſe uſq; hodie in cordibus eorundem poſitum affirma uit: quod non reuelabitur uſquequo Chriſtum non crediderint ſaluatorem. Vbi autem conuerſi fuerint, id eſt, cre/ diderint in Chriſtum dominum, aufe/ retur uelamen ab eorũ cordibus. Quod autem & duo animalia nuntiata ſint Cherubin & Seraphin, lex quippe & Prophetæ, teſtes Chriſti & doctores ſe/ culi, non eſt ambiguum. Velabant au/ tem faciem & pedes Domini: ſiue quia in parabolis, & ſimilitudinibus, & æni/

gmatibus

gmatibus docebatur myſterium, ut ſcri
ptum eſt: Aperiam os meum in parabo
lis. Et Dauid: Reuela oculos meos,
& conſiderabo mirabilia de lege tua. Et
Apoſtolus: Filium ſuum, inquit, pater
reuelabit mihi, id eſt, de lege atq; Pro-
phetis oſtendens. Sex autē pennæ erant
eis, & duabus quidem faciem, & dua-
bus pedes cooperiebant, duabus autem
clamabant, ne forte faciē & pedes cum
dicit Domini coopertos, quod ſurſum
atque deorſum eſt, & longitudo & la
titudo de deo monſtraretur, quod nec
altitudo nec profundum, nec latitudo
nec longitudo dei, poteſt cognoſci aut
inueniri cōdigne ab aliqua creatura, &
maxime hominum, aut humanis quo-
rundam ſenſibus comprehendi: qui e-
tiam tantam elementorum naturam im
menſamq; creando perfecit, quāto ma
gis qui talia feciſſe cognoſcitur modis
omnibus antecellit? Solum autem per
fidē noſcitur: quia uirtus, inquit, in in-
firmitate, in ſimilitudine & ænigmati-
bus perficitur atq; inuenit. Cumq; tan
ta im-

ta immensitas dei dicitur atque nuntiatur duabus pennis, id est, à Cherubin & Seraphin, lege atque Prophetis canitur & prædicatur. Duarum etiam pennarũ clamatio die noctuque, id est, & hic & in futuro cordis quippe credulitas hominum atque oris confessio nõ desinens inuenitur quotidie resonãdo, quæ & tunc canebatur ab angelis, atque ab hominibus prædicabatur in seculo: ut quod uidere in excelso, profundo, lato atque longo non poterant, corde credentes, atque ore confitentes, indesinenti uoce cantãtes omni tempore lætarentur. Nam quod inuisibilis & incapabilis sit diuinæ qualitatis natura & substantia, in lege & Prophetis ostenditur, Ioanne dicente: Deum nemo uidit unquã. Non dixit, non credidit, sed, non uidit. Ergo Dominus credendi potentiam, & confitendi solum fiduciam tribuit, ut uirtus eius inenarranda carnali fragilitate manifesta nosceretur: quod & Dominus ubique fidem suam prætendit hominibus, quã & ipse ante dederat, posteáque in

sua

ſua præſentia confirmauerat. Cheru-
bin autem & Seraphin quadriformia,
id eſt leonis, uituli, hominis, & aquilæ,
diuerſa ſunt ſanctorũ pariter uirtutũq́
certamina fortiora præcellendæ eorum
uariæq́ dignitatis patriarcharũ quippe
& Prophetarum, ſacerdotum atq́ Apo
ſtolorum itidem cum Martyribus ſoci-
ata, ut in quibus ante tanta fides & dile
ctio Chriſti exuberans noſcebatur, im
par autem doctrina in quibuſdã poſtea
cogente cauſa temporis canebatur, nõ
impar tamen fidei, ac certaminis gloria
in cõiunctione diuerſæ uirtutis mõſtra-
retur à Chriſto conceſſa atq́ cõdonata,
inq́ omni Chriſtianorũ populo noſce-
retur, ut quod uidere non poſſumus,
nec humanis condigne ſenſibus defini
re, corde credentes, atque ore confiten
tes, hijs duarum pennarum uirtutibus
nõ deſinamus Iudæis & Gentibus hoc
gaudij prædicare, atq́ hijs ſublimes uir-
tutibus euolare, ſperantes cœleſtia, ubi
Chriſtus eſt dñs, ut ait Apoſtolus, inq́
hac ſententia ſalutẽ perpetuã poſſe con
ſequi

ſequi non dubitantes, docente eodem: Quod ſi credideris in corde tuo, & confeſſus fueris Chriſtum dominum ſaluatorem corpore crucifixum reſurrexiſſe, ſaluus eris: Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit in ſalutē. Vnde ait de Chriſto domino, quod eius qualitatis diuina ſubſtantia non in uiſione & menſura, aut compoſitione conſiſtat aliqua, ſed in fide uirtutis atq; confeſſionis noſtræ exuberans conſumatur, quæ latitudo & longitudo, altum atque profundum ſit ſcire, inquit, èminentiſſimam & incomprehenſibilē Chriſti dei gratiam atq; potentiam non èſt humanæ fragilitatis potenter exprimere, ſed in fide atq; per fidē facile poſſe contingere docuit, quod mens hominum non prævalet enarrare.

SVnt quidam qui æſtimant, quod Eſaias poſt confeſſionē populi peccatoris, ac precem quā ſupplex ad deū effuderat, de Cherubin unus uenerit miſſus à deo ad Prophetam, & accepe

rit de

rit de forcipe carbonem, & tetigerit labia ipsius, aitque ei: Ecce iam mundatus es. Putant aut de angelis unum uenisse ad eum, aut de animalibus, aut de forcipe ignem accepisse, & mundasse Prophetam, quod non est adeo scientiæ salutaris: cum hic de Cherubin aut Seraphin unum animal cum dicit, id de duobus testamentis dicit, unde Patriarchæ, Prophetæ, Sacerdotes edixerint & Apostoli, qui mundo omni aduenturã gratiam ostendebant, quadriformi uirtute fulgentia munera ad certamina cœlestia capientibus ministrantes: Nam Cherubin plenitudo scientiæ dicitur, & uirtus ignea peragrans appellatur. Hij itaque plenitudinẽ habentes scientiæ spiritalis, ac Christi mysterij tenentes diuitias, diuersas doctrinas iussu Domini nobis dimittunt & deferunt, omnique seculo itidem sine quadam intermissione nuntiantes, ex quibus unus missus est ad Esaiã Prophetã, hanc quippe Christi doctrinam annuntians, saluatorem quod erat aduenturus in carnem, spiritusque

Cherubin.

tusq; diuini credentibus allaturus gratiam copiosam. Esaias itaque de Patriarchis, & lege & prioribus suis Prophetis acceperat gratiam fortiorem, id est, diuini spiritus potentiam ampliorem, à prioribus scilicet, ut Christi mysterium, id est, ut incorporationis ipsius seculo gratiam nuntiaret. Ideo & Dominus ad quosdam: O duri corde & imprudentes animo, cur non aduertitis quod lex & Prophetæ de filio hominis quæ ante prædixerant affutura cuncta consummari oportuerat? Decebat enim de Patriarchis & lege beatum accipere Esaiã, ut ab eis doctus, forti animo Christi carnalem præsentiam prædicaret. Ignem etiã quod ait accepisse angelum, & purgasse ipsius labia, utiq; diuini spiritus ei gratiam ostendebat concessam à Domino, ut ait: Ignem ueni mittere in mundum, quàm uolo ut accendatur ocyus? De forcipe autem, id est de ferro, de inuicta natura eius atq; diuina quippe dicebat potentia, quod corpus Christi diuino spiritu diuinaq; potentia in utero

sanctæ

ſanctæ uirginis creatum atque conſum matum eſt, ſicut ſcriptum eſt: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus dei obumbrabit te. In quo apparens corpore uinceret omnia, à nullo autem ſuperaretur: Sicut enim ferro domantur ac ſubijciuntur omnia, à quo & gladius gignitur, ut dictum eſt: Verbum Domini gladius bis acutus, qui domare poteſt omnia, domari autẽ ab aliquo non poteſt: Daturusq; eis erat poſt paſſionem in reſurrectione diuini ſpiritus beatis Apoſtolis inuictam potentiã, ut ſcriptum eſt: Spiritus Domini ſuper me, & cætera. Et Petrus promiſſione accepta à patre, ad Iudæos dicens effudit hanc gratiam, quam uos uidetis atque auditis hodie. Igni etiam forcipem ſicut formari cognoſcimus, ita & corpus Domini diuino ſpiritu nouimus conſummatũ. Itaq; ita ſuis eum dediſſe in corpore illam promiſſam gratiam atq; inuictam potentiam, ut ait: Dedi uobis poteſtatem calcare ſuper omnem

uirtutem inimici. Et Apostolus: Quis nos separabit à charitate Christi? per quæ eis cunctis iam in hoc credentibus seculo, ut dictum est, per impositionē manus Apostolorum diuinus dabatur spiritus in Christum dominum credentibus saluatorem. Et sicut duo animalia duo hæc testamenta accipiuntur, legis & Prophetarū, adstantia Domino, sicut uiderunt in monte Apostoli, attamen rationis erit, quod & duo animalia intelligenda sunt mandatum primum quod datum est, quod & spiritale potest intelligi, ut scriptum est, quod & Saluator non soluit, sed confirmauit potius: Secundum autem animal doctrinam Christi, id est fidem eius & gratiam incorporationis & testamenti passionisq; eius, & resurrectionis mysteriū continebat. Vnde lex literæ in medio est posita inter mandatum & gratiam, quæ si intelligitur, de Christo consentanea in multis accipitur: Si autē in carnali iustificatione quis saluari putauerit,

abijcien

abijcienda decernitur, cum de patre, & filio, & sancto spiritu ante legem, id est, ante tria milia annorum, & septingentos annos iusti priores illi sub mandato uiuentes, ac beatam trinitatem colentes, & suis filijs tradentes, cognatisq; & seculi prædicabant, mysteriumq; Christi domini de ipso mandato antiquissimo nuntiabatur. Lex itaque admonitio mandati est, quæ & coniungitur secundum fidem colendæ trinitatis, & iterum separãtur quædam eius propter iudaicam & carnalem iustificationem, cum & Prophetæ illa destruxerint antea, & Saluator abiecerit, & Apostoli uetuerint circuncidi homines. Lex itaque de mandato causa cogente carnali descendit ad tempus: gratia autẽ Christi, id est mysterium incorporationis, & passionis, & resurrectionis, fideiq; eius & ascensionis in cœlum ante legem à iustis omnibus noscebatur, & quærentibus, & cupientibus non celabatur, ut Enoch, Noẽ, & Melchisedech, & Ia

cob, & alijs iustis ac beatissimis Patriarchis, & cæteris qui ante legem Mosis uixerant, sub mandato scilicet constituti, atque in omnibus iustificati à Domino. Lex autem & fides Christi dicitur, ut ait Apostolus, per legem fidei Christi: lex carnalis iustificatio Iudæorum est: mandatū etsi non putatur lex esse, tamen quod à domino seruo dicitur & decernitur legis est ratio, ut quod uelit eligat, aut seruare ut amicus & fidelis, aut contemnere ut seruus sub lege subiectus. Vnde & Saluator Apostolis mādatū dabat, ut amicis & fidelibus, quod & Adæ patri nostro antequam peccaret similiter dederat: post peccatum autem non iam mandatū societatis & propinquitatis, ac dilectionis erat & fraternitatis, sed timendæ seueritatis iudiciū decernebat, in contemnendis legis sententijs scilicet, ut etiam ait Moses: Maledictus omnis qui in legitimis nō permanserit libri huius. Ideo & Saluator quæ in lege dicta fuerant admonebat,

Lex.

Mandatum.

& quæ

& quæ ante legem data fuerant sub illis beatissimis comprobabat, ut suam doctrinam illorum priorum coniungeret, multorumque ita credentium & circuncisorum pariter copularet, & naturalium itidem, id est gentium credentium sociaret, ac nolentium Iudæorũ aliorumque incredulitatem & imperitiã coniunctã utrorumque condemnaret.

PHILASTRII EPIscopi Brixiensis hæreseωn catalogi finis.

LANFRANCI VITA

ex Ioanne Tritemio.

LANFRANCVS *Archiepiscopus Canthuariensis ecclesiæ in Anglia, ex Abbate Codoniensis Cœnobij, ordinis sancti Benedicti, natione Italus, ex ciuitate Papiensi, uir in diuinis scripturis eruditißimus, & in secularibus literis; maxime in dialectica suo tempore omnium opinione doctißimus, & non minus sanctitate quàm scientia clarus, reliquit ingenij sui monumenta egregia: De quibus ego reperi duntaxat subiecta: Opus insigne*

In epistolas Pauli Apostoli omnes lib. XIIII.
In Psalterium commentariorum lib. I.
Aduersus Berengarium lib. I.
Gesta Gulielmi comitis lib. I.

De cæteris nihil reperi.

Claruit sub HENRICO *Imperatore* III: *Anno Domini* M. LX.

LANFRANCI EPISCOPI CANTHVARIENSIS DE Eucharistiæ Sacramento aduersus Berengariũ Liber.

LANFRANCVS MISERICORDIA dei catholicus, Berengario catholicæ ecclesiæ aduersario.



I diuina pietas cordi tuo inspirare dignaretur, quatenus respectu eius atque animæ tuæ mecum loqui uelles, locumq́ꝫ oportunũ in quo id competenter posset fieri salubri deliberatione eligeres, multum fortasse tibi, proculdubio autem plurimũ hijs consuleres quos decipis: deceptos uero ac morte præuentos in pœnas æternas transmittis. Etenim cooperante spiritu qui ubi uult spirat, eueniret è du-

obus alterutrũ, uidelicet ut aut tu ipse deposito superbiæ fastu, quo plenus cõtra orbem terrarum sentire cœpisti, autoritati totius ecclesiæ sanctæ, rectisq; sanctarum scripturarum expositionibus acquiesceres, & sic te ac sequaces tuos de tenebris erroris, ac profundo iniquitatis erueres: aut te in tua pertinacia persistente, ipsi auditis rationibus miserante deo resipiscerent, & ad ueram fidem, quam sancta ecclesia prædicare non cessat, consilio meliore redirẽt. Sed quia elegisti prauitatem, quam semel imbibisti clandestinis disputationibus apud imperitos tueri, palàm autem atq; in audientia sancti Concilij orthodoxã fidem non amore ueritatis, sed timore mortis confiteri: propterea refugis me, refugis religiosas personas, quæ de uerbis tuis ac meis possint ferre sententiã. In quarum præsentia de nulla re te audire, tecumq; cõferre libentius uellem, quàm quod sententias tuis sententijs commodas plectenda temeritate confingis, easq; seu studio nocendi, seu

igno-

ignorantia ueri sacris doctoribus attri-
buis, dicens: hoc uel hoc in illo seu illo
opere testatur Augustinus, Gregorius,
Hieronymus, uel quilibet eorum quos
in arce autoritatis positos ecclesia Chri
sti insigniter ueneratur. Ibi enim con-
quiesceret omnis uersuta tergiuersatio,
cum sacri codices te audiēte legerētur,
uel tibi ad legendū in manus traderen
tur, cœlestiq; lampade splendidius eni-
teret, quædā quæ de scripturis sanctis te
sumere nōnūquā dicis, aut penitus esse
falsa, aut aliqua ex parte prout ratio tui
negocij postulat deprauata. Per quam
diabolicam fallaciā ignaras diuini my-
sterij mentes tibiq; credulas inuadis, de
cipis, subruis, tanto iniquior, quanto in
malo proposito ad eorū qui tibi in Chri
sto fratres sunt subuersionem & scāda-
lū pertinacior, parui pōderās uerba Do
mini cōminātis ei qui de pusillis suis ali
quē scādalizat, nec satis tremēs increpa
tionē Apostoli ad superbā Corinthio
rum gentem scribentis & dicentis. Sic
autem peccantes in fratres, & percutiē
tes

tes conſcientiam eorum infirmam in Chriſtum, peccatis. Quo peccato pluri mum detineris, ſubuertens eos qui neſcientes tibi reſiſtere, contemplantur ea quæ uidentur, non ea quæ non uidentur. Sed firmum dei fundamentum ſtat immobile, habens ſignaculum quo diſcedit ab iniquitate, quia inuocat nomen Domini, nequaquam ſine graui ſcandalo ferens, quod non contentus ut peruerſus peruerſa dicas, niſi etiam praua ſcripta per prauos diſcipulos tuos in diuerſas regiones tranſmittas, et cætera qdē quæ à beatæ memoriæ Nicolao totius Chriſtiani nominis ſummo Pontifice, & à centum tredecim Epiſcopis Romæ audita, examinata atq; damnata ſūt. Tu quoq; inclinato corpore, ſed non humilato corde ignem accendiſti, libroſq; peruerſi dogmatis in medio ſancti Concilij in eum conieciſti, iurans per id quod rebus omnibus incomparabiliter maius eſt, fidem à patribus qui præſentes erant traditam inuiolabiliter te ſeruaturū, ueteremq; doctrinam tuā

Berengarius à C XIII Epiſcopis Romæ dānatus.

de corpore

decorpore & ſanguine Domini ab illa die aliis non prædicaturum. Huius propoſiti ſacrilegus uiolator, contra præfatam Synodum, contra catholicam ueritatem, contra omnium eccleſiarum opinionem, ſcriptum poſtea condidiſti, cui in hoc opuſculo, confiſus de Chriſti miſericordia, reſpondere diſpoſui; & ut euidentius appareat quid tu dicas, quid ego reſpondeam, alterutras ſententias uicaria noſtrorum nominum poſitione diſtinguam. Nec ad omnia reſponſurus ſum, quia ſpinis roſas interſeris, & albis atque nigris coloribus phantaſma tuum depingis, quædam etiam dicis quæ nihil pertinent ad propoſitum quæſtionis. Compendio autem in quantum potero operam dabo. In talibus enim næniis nollem uitam deterere, ſi populum dei antiquam permitteres pacem habere.

BERENGARII

BERENGARII THVRONENSIS de Sacramento Eucharistiæ sententia.

SCriptum Humberti Burgundi, quē fecerunt Romæ Episcopum Cardinalem, quod scripsit contra catholicam ueritatem, quod inferius patebit, ut cogeretur ex illo Berengius quasi profiteri errorem ineptissimi Burgundi. Anathematizo omnem hæresim, præcipue eam quæ astruere conatur panem & uinum, quæ in altare ponuntur per consecrationem solummodo sacramēta esse, & non uerum corpus Christi & sanguinē. Apparet quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt: quia ueritatis inimicus nolit uelit ueritatē asserit, qa sicut Goliath proprio Burgūdus ense deperit. Erat aūt Burgūdus in sententia, imò uæcordia uulgi, Paschasij & Lanfranci, minime superesse in altari post consecrationem substantiā panis atq; uini, quam sententiam superioribus suis uerbis ille ipse deiecit nec attēdit. Qui enim dicit: panis & uinū altaris

solum

solūmō sunt sacramenta: uel panis & uinum altaris solūmodo sunt uerum corpus Christi & sanguis, modis omnibus panem & uinum superesse constituit. Sicut enim qui dicit, Christus est summus angularis lapis, Christum non aufert, Christum esse omnino constituit, ita qui dicit panis altaris solūmodo est uerum corpus Christi, panem in altari esse non negat, panem & uinū esse confirmat in mensa dominica: Non enim constare poterit affirmatio omni parte subruta, & hoc, sicut dicit beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana, in ipsa æternitatis ueritate, quæ deus est, indissolubiliter cōstat. Est autē affirmatio notissimis partibus suis constans, subiecto & prædicato, quæ ita enuntiat: panis & uinum, quæ in altari ponuntur, sunt solūmodo sacramēta, nihilominus quæ ita enuntiat, panis & uinum quæ ponuntur in altari post consecrationem solūmodo sunt uerū Christi corpus & sanguis. Susceperat autem Burgundus negare panem & uinū in mensa domi-

nica superesse, hoc minime negat, modo omnino panem & uinũ esse confirmat in mensa dominica, dum ita enuntiat: panis & uinum quæ ponũtur in altari pòst cõsecrationem solũmodo sunt uerum Christi corpus & sanguis, per cõsecrationẽ altaris fiunt panis & uinũ sacramentũ religionis, non ut desinant esse quæ erant, sed ut sint quæ non erãt, & in aliud cõmutentur, quod dicit beatus Ambrosius in libro de sacramentis: Sacrificiumq́ ecclesiæ duobus constat, duobus confit, uisibili & inuisibili, sacramento & re sacramenti: Quæ tamen res, id est, Christi corpus si esset præ oculis, uisibilis esset, sed eleuata in cœlum, sedensq́ ad dexterã patris, usq́ in tempora restitutionis omniũ, quod scribit Apostolus Petrus, cœlo deuocari non poterit, sicut Christi persona constat deo & homine. Vnde beatus Augustinus in Euangelio: Quando Christus manducatur, uita manducat, nec quando mãducamus partes de illo facimus. Vnde beatus Augustinus in libro de ci

uitate

uitate dei: Sacramentum eſt ſacrum ſi-
gnũ. Signũ definit in libro de doctrina
Chriſtiana: Signum eſt res præter ſpe-
ciem quã ingerit ſenſibus, aliud aliquid
ex ſe faciens in cogitationem uenire.
Auguſtinus in Epiſtola ad Bonifaciũ
Epiſcopum: Si Sacramenta rerũ quarũ
ſacramenta ſunt ſimilitudinem non ha
berent, omnino ſacra Sacramenta non
eſſent. Item de catechiſandis rudibus:
Signacula quidem rerum diuinarũ ſunt
uiſibilia, ſed res inuiſibiles in eis hono-
rántur: nec ſic habẽda eſt ſpecies bene-
dictione ſanctificata quẽadmodũ habe
tur in uſu quolibet. Vnde beatus Au-
guſtinus in Epiſtola ad Bonifaciũ: Si-
cut, inquit, Sacramentũ corporis Chri-
ſti ſecũdum quendã modũ Chriſti eſt
Sacramẽtum, ſanguinis Chriſti ſecun-
dum quendam modũ ſanguis Chriſti
eſt, ita Sacramentũ fidei fides eſt. Bea-
tus Auguſtinus in Epiſtola ad Boniſa-
ciũ; Semel immolatus eſt Chriſtus in ſe-
metipſo, & tamen in Sacramento non
ſolum per omnes Paſchæ ſolennita-
tes,

uirtutem inimici. Et Apostolus: Quis nos separabit à charitate Christi? per quæ eis cunctis iam in hoc credentibus seculo, ut dictum est, per impositionē manus Apostolorum diuinus dabatur spiritus in Christum dominum credentibus saluatorem. Et sicut duo animalia duo hæc testamenta accipiuntur, legis & Prophetarū, adstantia Domino, sicut uiderunt in monte Apostoli, attamen rationis erit, quod & duo animalia intelligenda sunt mandatum primum quod datum est, quod & spiritale potest intelligi, ut scriptum est, quod & Saluator non soluit, sed confirmauit potius: Secundum autem animal doctrinam Christi, id est fidem eius & gratiam incorporationis & testamenti passionisq; eius, & resurrectionis mysteriū continebat. Vnde lex literæ in medio est posita inter mandatum & gratiam, quæ si intelligitur, de Christo consentanea in multis accipitur: Si autē in carnali iustificatione quis saluari putauerit,

abijcien

abijcienda decernitur, cum de patre, & filio, & sancto spiritu ante legem, id est, ante tria milia annorum, & septingentos annos iusti priores illi sub mandato uiuentes, ac beatam trinitatem colentes, & suis filijs tradentes, cognatisque & seculi prædicabant, mysteriumque Christi domini de ipso mandato antiquissimo nuntiabatur. Lex itaque admonitio mandati est, quæ & coniungitur secundum fidem colendæ trinitatis, & iterum separãtur quædam eius propter iudaicam & carnalem iustificationem, cum & Prophetæ illa destruxerint antea, & Saluator abiecerit, & Apostoli uetuerint circuncidi homines. Lex itaque de mandato causa cogente carnali descendit ad tempus: gratia autẽ Christi, id est mysterium incorporationis, & passionis, & resurrectionis, fideique eius & ascensionis in cœlum ante legem à iustis omnibus noscebatur, & quærentibus, & cupientibus non celabatur, ut Enoch, Noẽ, & Melchisedech, & Ia

cob, & alijs iustis ac beatissimis Patriarchis, & cæteris qui ante legem Mosis uixerant, sub mandato scilicet constituti, atque in omnibus iustificati à Domino. Lex autem & fides Christi dicitur, ut ait Apostolus, per legem fidei Christi: lex carnalis iustificatio Iudæorum est: mandatũ etsi non putatur lex esse, tamen quod à domino seruo dicitur & decernitur legis est ratio, ut quod uelit eligat, aut seruare ut amicus & fidelis, aut contemnere ut seruus sub lege subiectus. Vnde & Saluator Apostolis mãdatũ dabat, ut amicis & fidelibus, quod & Adæ patri nostro antequam peccaret similiter dederat: post peccatum autem non iam mandatũ societatis & propinquitatis, ac dilectionis erat & fraternitatis, sed timendæ seueritatis iudiciũ decernebat, in contemnendis legis sententijs scilicet, ut etiam ait Moses: Maledictus omnis qui in legitimis nõ permanserit libri huius. Ideo & Saluator quæ in lege dicta fuerant admonebat, & quæ

Lex.

Mandatum.

& quæ ante legem data fuerant sub illis beatissimis comprobabat, ut suam do ctrinam illorum priorum coniungeret, multorumq; ita credentium & circunci sorum pariter copularet, & naturalium itidem, id est gentium credentium so- ciaret, ac nolentium Iudæorũ alio- rumq; incredulitatem & impe ritiã coniunctã utrorumq; condemnaret.

PHILASTRII EPI scopi Brixiensis hæreseon catalogi finis.

LANFRANCI VITA
ex Ioanne Tritemio.


LANFRANCVS *Archiepiscopus Canthuariensis ecclesiæ in Anglia, ex Abbate Codoniensis Cœnobij, ordinis sancti Benedicti, natione Italus, ex ciuitate Papiensi, uir in diuinis scripturis eruditißimus, & in secularibus literis, maxime in dialectica suo tempore omnium opinione doctißimus, & non minus sanctitate quàm scientia clarus, reliquit ingenij sui monumenta egregia: De quibus ego reperi duntaxat subiecta:* *Opus insigne*

In epistolas Pauli Apostoli omnes lib. XIIII.
In Psalterium commentariorum lib. I.
Aduersus Berengarium lib. I.
Gesta Gulielmi comitis lib. I.
De cæteris nihil reperi.

Claruit sub HENRICO *Imperatore* III: *Anno Domini* M. LX.

LANFRANCI EPISCOPI CANTHVARIENSIS DE Eucharistiæ Sacramento aduersus Berengariū Liber.

LANFRANCVS MISEricordia dei catholicus, Berengario catholicæ ecclesiæ aduersario.



SI diuina pietas cordi tuo inspirare dignaretur, quatenus respectu eius atque animæ tuæ mecum loqui uelles, locumq; oportunū in quo id competenter posset fieri salubri deliberatione eligeres, multum fortasse tibi, proculdubio autem plurimū hijs consuleres quos decipis: deceptos uero ac morte præuentos in pœnas æternas transmittis. Etenim cooperante spiritu qui ubi uult spirat, eueniret è du

obus alterutrũ, uidelicet ut aut tu ipse deposito superbiæ fastu, quo plenus cõtra orbem terrarum sentire cœpisti, autoritati totius ecclesiæ sanctæ, rectisq; sanctarum scripturarum expositionibus acquiesceres, & sic te ac sequaces tuos de tenebris erroris, ac profundo iniquitatis erueres: aut te in tua pertinacia persistente, ipsi auditis rationibus miserante deo resipiscerent, & ad ueram fidem, quam sancta ecclesia prædicare non cessat, consilio meliore redirẽt. Sed quia elegisti prauitatem, quam semel imbibisti clandestinis disputationibus apud imperitos tueri, palàm autem atq; in audientia sancti Concilij orthodoxã fidem non amore ueritatis, sed timorè mortis confiteri: propterea refugis me, refugis religiosas personas, quæ de uerbis tuis ac meis possint ferre sententiã. In quarum præsentia de nulla re te audire, tecumq; cõferre libentius uellem, quàm quod sententias tuis sententijs commodąs plectenda temeritate confingis, easq; seu studio nocendi, seu igno-

ignorantia ueri sacris doctoribus attri-buis, dicens: hoc uel hoc in illo seu illo opere testatur Augustinus, Gregorius, Hieronymus, uel quilibet eorum quos in arce autoritatis positos ecclesia Christi insigniter ueneratur. Ibi enim conquiesceret omnis uersuta tergiuersatio, cum sacri codices te audiēte legerētur, uel tibi ad legendū in manus traderentur, cœlestiq; lampade splendidius eniteret, quædā quæ de scripturis sanctis te sumere nōnūquā dicis, aut penitus esse falsa, aut aliqua ex parte prout ratio tui negocij postulat deprauata. Per quam diabolicam fallaciā ignaras diuini mysterij mentes tibiq; credulas inuadis, decipis, subruis, tanto iniquior, quanto in malo proposito ad eorū qui tibi in Christo fratres sunt subuersionem & scādalū pertinacior, parui pōderās uerba Domini cōminātis ei qui de pusillis suis aliquē scādalizat, nec satis tremēs increpationē Apostoli ad superbā Corinthiorum gentem scribentis & dicentis. Sic autem peccantes in fratres, & percutiētes

tes conſcientiam eorum infirmam in Chriſtum, peccatis. Quo peccato plurimum detineris, ſubuertens eos qui neſcientes tibi reſiſtere, contemplantur ea quæ uidentur, non ea quæ non uidentur. Sed firmum dei fundamentum ſtat immobile, habens ſignaculum quo diſcedit ab iniquitate, quia inuocat nomen Domini, nequaquam ſine graui ſcandalo ferens, quod non contentus ut peruerſus peruerſa dicas, niſi etiam praua ſcripta per prauos diſcipulos tuos in diuerſas regiones tranſmittas, et cætera quæ quæ à beatæ memoriæ Nicolao totius Christiani nominis ſummo Pontifice, & à centum tredecim Epiſcopis Romæ audita, examinata atque damnata ſunt. Tu quoque inclinato corpore, ſed non humilato corde ignem accendiſti, librosque peruerſi dogmatis in medio ſancti Concilij in eum conieciſti, iurans per id quod rebus omnibus incomparabiliter maius eſt, fidem à patribus qui præſentes erant traditam inuiolabiliter te ſeruaturum, ueteremque doctrinam tuam

Berengarius à C XIII Epiſcopis Romæ dãnatus.

de corpore

decorpore & ſanguine Domini ab illa die aliјs non prædicaturum. Huius pro poſiti ſacrilegus uiolator, contra præfa tam Synodum, contra catholicam ueri tatem, contra omnium eccleſiarum opi nionem, ſcriptum poſtea condidiſti, cui in hoc opuſculo, confiſus de Chriſti miſericordia, reſpondere diſpoſui; & ut euidentius appareat quid tu dicas, quid ego reſpondeam, alterutras ſententias uicaria noſtrorum nominum poſitione diſtinguam. Nec ad omnia reſponſurus ſum, quia ſpinis roſas interſeris, & albis atq; nigris coloribus phantaſma tuum depingis, quædam etiam dicis quæ ni hil pertinent ad propoſitum quæſtionis. Compendio autem in quantum pote ro operam dabo. In talibus enim næniјs nollem uitam deterere, ſi popu lum dei antiquam permit teres pacem habere.

BERENGARII

BERENGARII THVRONENSIS de Sacramento Euchariſtiæ ſententia.

SCriptum Humberti Burgundi, quẽ fecerunt Romæ Epiſcopum Cardinalem, quod ſcripſit contra catholicam ueritatem, quod inferius patebit, ut cogeretur ex illo Berengius quaſi profiteri errorem ineptiſſimi Burgundi. Anathematizo omnem hæreſim, præcipue eam quæ aſtruere conatur panem & uinum, quæ in altare ponuntur per conſecrationem ſolummodo ſacramẽta eſſe, & non uerum corpus Chriſti & ſanguinẽ. Apparet quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt: quia ueritatis inimicus nolit uelit ueritatẽ aſſerit, q̃a ſicut Goliath proprio Burgũdus enſe deperit. Erat aũt Burgũdus in ſentẽtia, imò uæcordia uulgi, Paſchaſij & Lanfranci, minime ſupereſſe in altari poſt conſecrationem ſubſtantiã panis atq; uini, quam ſententiam ſuperioribus ſuis uerbis ille ipſe deiecit nec attẽdit. Qui enim dicit: panis & uinũ altaris ſolum

solūmō sunt sacramenta: uel panis & uinum altaris solūmodo sunt uerum corpus Christi & sanguis, modis omnibus panem & uinum superesse constituit. Sicut enim qui dicit, Christus est summus angularis lapis, Christum non aufert, Christum esse omnino constituit, ita qui dicit panis altaris solūmodo est uerum corpus Christi, panem in altari esse non negat, panem & uinū esse confirmat in mensa dominica: Non enim constare poterit affirmatio omni parte subruta, & hoc, sicut dicit beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana, in ipsa æternitatis ueritate, quæ deus est, indissolubiliter cōstat. Est autē affirmatio notissimis partibus suis constans, subiecto & prædicato, quæ ita enuntiat: panis & uinum, quæ in altari ponuntur, sunt solūmodo sacramēta, nihilominus quæ ita enuntiat, panis & uinum quæ ponuntur in altari post consecrationem solūmodo sunt uerū Christi corpus & sanguis. Susceperat autem Burgundus negare panem & uinū in mensa dominica

nica

nica superesse, hoc minime negat, modo omnino panem & uinũ esse confirmat in mensa dominica, dum ita enuntiat: panis & uinum quæ ponũtur in altari pōst cōsecrationem solũmodo sunt uerum Christi corpus & sanguis, per cōsecrationē altaris fiunt panis & uinũ sacramentũ religionis, non ut desinant esse quæ erant, sed ut sint quæ non erãt, & in aliud cõmutentur, quod dicit beatus Ambrosius in libro de sacramentis: Sacrificiumq́ ecclesiæ duobus constat, duobus confit, uisibili & inuisibili, sacramento & re sacramenti: Quæ tamen res, id est, Christi corpus si esset præ oculis, uisibilis esset, sed eleuata in cœlum, sedensq́ ad dexterã patris, usq́ in tempora restitutionis omniũ, quod scribit Apostolus Petrus, cœlo deuocari non poterit, sicut Christi persona constat deo & homine. Vnde beatus Augustinus in Euangelio: Quando Christus manducatur, uita manducatẽ, nec quando mãducamus partes de illo facimus. Vnde beatus Augustinus in libro de ciuitate

uitate dei: Sacramentum est sacrum si/
gnũ. Signũ definit in libro de doctrina
Christiana: Signum est res præter spe/
ciem quã ingerit sensibus, aliud aliquid
ex se faciens in cogitationem uenire.
Augustinus in Epistola ad Bonifaciũ
Episcopum: Si Sacramenta rerũ quarũ
sacramenta sunt similitudinem non ha
berent, omnino sacra Sacramenta non
essent. Item de catechisandis rudibus:
Signacula quidem rerum diuinarũ sunt
uisibilia, sed res inuisibiles in eis hono/
rantur: nec sic habẽda est species bene/
dictione sanctificata queadmodũ habe
tur in usu quolibet. Vnde beatus Au/
gustinus in Epistola ad Bonifaciũ: Si/
cut, inquit, Sacramentũ corporis Chri/
sti secũdum quendã modũ Christi est
Sacramẽtum, sanguinis Christi secun/
dum quendam modũ sanguis Christi
est, ita Sacramentũ fidei fides est. Bea/
tus Augustinus in Epistola ad Bonifa/
ciũ: Semel immolatus est Christus in se/
metipso, & tamen in Sacramento non
solum per omnes Paschæ solennita/

tes,

tes; sed & omni die Paschalis imolatur. Consentio, inquit Burgundus, sanctæ Romanæ ecclesiæ, reuera non sanctarũ ecclesiarum experta est ueritas ipsa, sed ecclesiam malignantium, concilium uanitatis, nec Apostolicam, sed sedem Satanæ. Quis enim aut ratione concipiat, aut per miraculum fieri posse concedat, panem frangi in Christi corpore, quod post resurectionem tota uiget incorruptibilitate, & usq; in tempora restitutionis omnium cœlo manet indeuocabile?

REFVTATIO LANFRANCI Episcopi Canthuariensis pro Eucharistiæ sacramento.

Humbertus Lothoringus.



Vmbertum uirum fuisse religiosum, fide Christiana & sanctissimis operibus perseuerantissime decoratũ, scientia diuinarum ac seculariũ literarum apprime eruditũ, testantur omnes qui uel propria experientia eum nouerunt, uel ab alijs qui ipsum experti sunt eius cognitionem acceperũt. Hunc non Burgundia

gũdia ſed de Lothoringia ſanctus Leo Romam traduxit, ad prædicandum Siculis uerbum dei Archiepiſcopum ordi nauit. Poſtea uero ſancta Romana eccleſia præſulem ſibi Cardinalem conſti tuit. Quo in loco poſitus taliter uixit, ta liter docuit, ut de fide uel doctrina eius nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis fama ali quando exorta ſit. Huius rei teſtis eſt tota ferè latinitas, quæ pro excellentia Apoſtolicæ ſedis, cuius Concilijs & cõ ſilijs ſemper aderat ac præerat, eũ igno rare non potuit. Qui ſi etiam Burgun dus eſſet, inſipienter tamen arrogantia tua nomen ſuæ gentis pro infamia ſibi adſcriberet, cum ſpiritus Domini ubi uult ſpiret, & quẽ uult adſpiret, & Do mini ſit terra, & uniuerſi qui habitent in ea: & princeps Apoſtolorum dicat: In ueritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente qui timet eum & operatur iuſtitiã acceptus eſt illi. Item Doctor Gentium ad Galatas: Deus perſonam hominum non accipit. Quem dum contra catho

licã ueritatẽ ſcripſiſſe aſſeris, non ipſum ſolum, ſed & Romanos Pontifices, Romanã eccleſiã, multosq́; ſanctos patres redarguis, incurrisq́; in illud quod beati Doctores ſi non ijſdem uerbis, ijſdem tamen ſententijs multis in locis concorditer aſtruxerunt, hæreticũ eſſe omnem hominẽ, qui à Romana & uniuerſali eccleſia in fidei doctrina diſcordet. Euenitq́; tibi iuſto iudicio, ut qui alios eſſe hæreticos aſtruere conaris, tu ipſe in hæreſim deuolutus eſſe hæreticus conuincaris. BERENG. Anathematizo omnem hæreſim, præcipue eã quæ aſtruere conatur, panẽ & uinũ quæ in altari ponuntur, per conſecrationẽ ſolummodo ſacramenta eſſe, & non uerũ corpus Chriſti & ſanguinẽ. LANF. Principium huius tui iuriſiurandi propterea, ut opinor, hic non inſeruiſti, ut lectores tui putarent hæc uerba non eſſe tua, ſed uenerabilis Humberti Epiſcopi, nec id iniuria: nam quia hæretica eſſe pertinaciter probare contendis, ſi manifeſte tua diceres, manifeſte teipſum hæreticum

Hæreticus quis ſit.

reticum comprobares. Sed ne quis ne-
scius Romani Concilij indiscretam de
negocio ferat sententiã, principiũ eius,
medium atq; finẽ simul hic apponã.

" EGO Berengarius indignus Dia- Palinodia Berengarij
" conus ecclesiæ sancti Mauricij Andega
" uensis, cognóscens ueram catholicam
" & Apostolicam fidem, anathematizo
" omnem hæresim, præcipue eam de qua
" hactenus infamatus sum, quæ astruere
" conatur, panem & uinum quæ in altari
" ponuntur, post cõsecrationem solum-
" modo Sacramentum, & non uerũ cor-
" pus & sanguinem domini nostri Iesu
" Christi esse, nec posse sensualiter nisi in
" solo Sacramento manibus sacerdotum
" tractari, uel frangi, aut fidelium denti-
" bus atteri. Consentio autem sanctæ
" Romanæ & Apostolicæ sedi, & ore &
" corde profiteor de sacramentis domini-
" cæ Missæ, eam fide tenere, quam Do-
" minus & uenerabilis Papa NICO-
" LAVS, & hæc sancta Synodus au-
" toritate Euangelica & Apostolica te-
" nendam tradidit, mihíque firmauit:

O 2 scilicet

» ſcilicet panē & uinum quæ in altari po-
» nuntur, poſt conſecrationē non ſolum
» ſacramentum, ſed etiam uerum corpus
» & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chri
» ſti eſſe, & ſenſualiter non ſolum ſacra-
» mento, ſed in ueritate manibus ſacerdo
» tum tractari, frangi, & fidelium denti-
» bus atteri, iurans per ſanctã & ὁμοούσιον
» trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chri
» ſti Euangelia. Eos uero qui cõtra hanc
» fidem uenerint, cum dogmatibus & ſe-
» ctatoribus ſuis æterno anathemate di-
» gnos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe
» aliquando cõtra hæc ſentire ac prædica-
» re præſumpſero, ſubiaceã Canonũ ſeue
» ritati. Lecto & plecto ſpõte ſubſcripſi.

Cum ueniſſes Romã, fretus hijs qui plus impēſis à te beneficijs, quàm ratio- one à te audita opē tibi promiſerãt, non auſus defenſare quod antea ſenſeras, po ſtulaſti Nicolaum Pontificem, eiusq; Concilium, quatenus fidem quam te- neri oporteret uerbis tibi traderet, ſcri- ptura firmaret. Iniuncta eſt huius rei cura Humberto Epiſcopo. Itaq; uerba

fidei

fidei ſuperius comprehenſa ſcripſit, reci tauit, aſſenſu omniũ ad legendum & cõ fitendum tibi tradidit. Tu uero acquie ſcens accepiſti, legiſti, cõfeſſus te ita cre dere iureiurando confirmaſti, tandem manu propria ſubſcripſiſti. Nicolaus Papa gaudens de conuerſione tua, ius⸗ iurandũ tuũ miſit per urbes Italiæ, Gal liæ, Germaniæ, & ad quæcũq; loca fama tuæ prauitatis antea potuit peruenire, ut ſicut eccleſiæ ſcãdalizatæ prius dolebãt de te auerſo atq; aduerſo, ita poſtea gau derent, gratiasq; deo agerent de reuerſo atq; conuerſo. Cur ergo ſcriptũ hoc ma gis adſcribis Humberto Epiſcopo q̃ ti⸗ bi? quàm Nicolao Pontifici? q̃ eius cõ cilio? quàm deniq; omnibus eccleſijs, quæ id cum debita reuerẽtia ſuſceperũt; & pro conuerſione tua deo gratias retu lerunt? Cur inquam? niſi quia facilius perſuades imperitis potuiſſe unũ homi⸗ nem errare, quàm tot perſonas, tot eccle ſias. Tibi uero ſi adſcripſiſſes, cũ ipſum deſtruere moliaris, periurũ te eſſe uide⸗ ris aſtruere. Sed iam qualiter redarguis

 uidea⸗

uideamus. BERENG. Apparet quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ comprehendunt. LANF. Hoc rectissime in te retorqueri potest: Lucet nanque lux fidei in tenebris huius mundi, quantum per speculum & ænigma reuelante deo possumus contueri. Verum hanc lucem tenebrosa mens tua nequit comprehendere, despectis cæteris putãs se solam sapientẽ esse, euanescens in cogitationibus suis, stulta facta apud Dominũ. BERENG. Quia ueritatis inimicus uelit nolit ueritatẽ asserit. LAN. Parum uideris attẽdere quid dicas, tantum ut seruum dei illatis opprobrijs in contemptum adducas: Assertorẽ ueritatis tam uolentem quam nolentẽ inimicũ pariter constituis ueritatis. Quisquis autem ueritatẽ asserit, aut nolẽs aut uolens id agit: nihil enim medij poterit reperiri. Omnis qui assertor ueritatis, te autore inimicus est ueritatis. Sed absit. Ipsa nanque ueritas assertores suos plurimum distanti nomine in Euangelio uocat, dicens: Iam non dicam uos ser

uos,

uos, sed amicos meos. Et alibi: Vos amici mei eritis. Falsum est ergo, assertorem ueritatis tam uolentem quàm nolentem inimicum constituere ueritatis. BERENG. Quia sicut Goliath proprio Burgundus ense deperit. LANF. Tui moris est alios deprimere, te efferre, te iactare, de te magna sentire. Te quidem Dauid, Humbertum uero Goliath appellas. Equidem rectius te nominasses Goliath, quia homo arrogantissimus es, & ea sentis, scribis, & loqueris, quibus tuipse uelut ense proprio iuguleris. Illum uero Dauid, qui humiliter uixit, humiliter docuit, membrum ecclesiæ, pugnans pro ecclesia, assumens scutum fidei, & gladium spiritus, quod est uerbum dei. BERENG. Erat autem Burgundus in sententia, imò uæcordia uulgi, Paschasij & Lanfranci, minime superesse in altari post consecrationem substantiam panis atque uini. LANF. Tempore sancti Leonis Papæ delata est hæ-

resis tua ad Apostolicã sedẽ. Qui cum synodo præsideret, ac resideret secũ non parua multitudo Episcoporũ, Abbatũ, diuersiq́ ordinis à diuersis regionibus religiosarũ personarũ, iussum est in omniũ audiẽtia recitari quas mihi de corpore & sanguine Dñi literas transmisisti. Portitor q̃ppe earũ legatus tuus me in Normannia non reperto, tradidit eas quibusdã clericis: Quas cum legissent, & contra usitatissimã ecclesiæ fidem scriptas animaduertissent, zelo dei accensi quibusdam ad legendum eas porrexerunt, plurimis earum sententias uerbis exposuerunt. Itaque factum est, ut non deterior de te, quàm de me fuerit orta suspicio, ad quem uidelicet tales literas destinaueris: putantibus multis me fouere ac fauere quæ à te dicerẽtur, uel gratia qua te diligerem, uel fide qua re uera ita esse indubitanter tenerem. Igitur cum à quodam Remensi Clerico Romam perlatas recitator legeret, intellecto quod Ioannem Scotum extolleres, Paschasium damnares, communi

Ioannes Scotus.

muni

muni de Eucharistia fidei aduersa senti-res, promulgata est in te damnationis sententia, priuans te communione sanctæ ecclesiæ, quam tu priuare sancta eius communione satagebas. Post hæc præcepit Papa, ut ego surgerem, praui rumoris à me maculam abstergerem, fidem meam exponerem, expositã plus sacris autoritatibus quam argumentis probare. Itaque surrexi, quod sensi dixi, quod dixi probaui, quod probaui omnibus placuit, nulli displicuit. De hinc declarata est synodus Vercellensis, quæ proximo tunc Septembri eodem præsidente Pontifice est celebrata Vercellis. Ad quam uocatus non uenisti. Ego uero præcepto ac precibus præfati Põtificis usque ad ipsam synodum secum remansi. In qua in audientia omnium qui de diuersis huius mundi partibus illuc conuenerant, Io: Scoti liber de eucharistia lectus est, ac damnatus: Sententia tua exposita ac damnata, fides sanctæ ecclesiæ, quam ego teneo ac tenendam astruo, audita, & concordi omnium assensu confirmata.

Synodus Vercellẽsis.

Duo clerici qui legatos tuos se esse dixerunt, uolentes te defendere, in primo statim aditu defecerunt & capti sunt. Ab hac sentētia nunq̃ discessit sanctus Leo in omnib. suis Cōciliis, seu quibus ipse præsentiam suam exhibuit, seu quæ per legatos suos in diuersis ꝓuinciis cōgregari instituit. Quæ sententia non effugit successorem quoq; suum felicis memoriæ Papam Victorem. Sed quicquid de hac re seu cæteris ipse statuit, statuiúe præcepit, hoc etiam iste sua atque omniū Conciliorū suorum autoritate firmauit. Deniq; in Cōcilio Thuronensi, cui ipsius interfuere ac præfuere legati, data est tibi optio defendendi partem tuam. Quam cū defendendā suscipere non auderes, cōfessus coram omnibus communem ecclesiæ fidem, iurasti ab illa hora te ita crediturū, sicut in Romano Concilio te iurasse est superius cōprehēsum. Porrò quid de hac re tēpore Nicolai gestū sit, breuiter supra referaui. Digrediendo hæc ideo dixi, q̃a dixisti: erat

autem

aũt Burgũdus in sentẽtia uulgi, Pascha sij atq; Lanfranci. Nam cum catholica ecclesia diuidatur in clericalem ordinẽ, atq; laicalem: clericalis uero ordo consistat in Episcopis, ac reliquis Christi sacerdotibus, alijsq; diuersarũ dignitatũ ecclesiasticis personis hos autẽ omnes præter paucissimos schismaticos hanc fidem tenere manifestum sit, rectius dixisses: erat autẽ Burgundus in sententia catholicæ ecclesiæ, sed non in mea meorumq; sequaciũ, qui maluimus nos ab ea superbe separare, & contra eam ad nostram perniciẽ schisma facere, quàm humiliter membra eius esse, & communem cũ eà fidẽ salubriter retinere. Hoc reuera dixisses, si amator ueritatis & seruator iustitiæ extitisses, si abiecto inanis gloriæ appetitu peccata tua confiteri quàm tueri maluisses. Qđ uero sententiã, quà panẽ in ueram Christi carnem, & uinum in uerũ Christi sanguinẽ cõuerti credimus, uæcordiã nominas, de hac re oportunius tũc tibi respõdebo, cum

Ecclesiæ catholicæ duo status sunt hominum.

cum fidem hanc autore deo diuinis autoritatibus & manifestis ratiōibus uerā esse monstrauero. Porrò autem quid dicens: erat autem Burgundus in sententia uulgi, Paschasij, atq; Lanfranci, me etiam cum uulgo deputas? Certissimū habeto tu, indubitanter credant amici mei atq; ecclesia Christi, quia si etiam deesset mihi autoritas atq; ratio, quibus fidem meam tueri possem, mallem tamen cum uulgo esse rusticus, & idiota catholicus, quàm tecum existere curialis atq; facetus hæreticus. Sed si Dominus deus te atq; me in audientia sancti Concilij dignaretur coniungere, de pietate eius confido, quia mutares uerba, mutares sententiam. BERENG. Quam sententiam superioribus suis uerbis ille ipse deiecit, nec attendit.

LANFRAN. Dum insatiabili odio illum insequeris, teipsum turpiter infamare minime erubescis. Quisquis enim contraria iurat, necesse est in alterutrum periurij crimen incurrat. Ergo cum uerba ad iurandū tibi tradita

inter

inter se contraria esse minime astruas, manifesta uoce periurum te esse impudenter proclamas: O infelix homo, ô miserrima anima, cur te credere iurabas quæ tantopere inter se diffidere intelligebas? Nonne præstabat, si ueram fidē te habere putabas, uitam honesta morte finire, quàm periurium facere, periuriū iurare, fidem abiurare? Sed absit ut scriptura sancti Concilij aliqua inter se contrarietatis oppositione diffideat, si remoto calumniandi studio diligens lector ad intelligendū curā impendat. †Et hoc posterius patebit. BERENG. Qui enim dicit: panis & uinum altaris solūmodo sunt Sacramēta. Vel: panis & uinum altaris solūmodo sunt uerū corpus Christi & sanguis, modis omnibus panem & uinum superesse constituit. LANF. Nihil horum Romana synodus credendum esse decreuit, nec Humbertus Episcopus ad confitendum uel iurandum horū tibi aliquid tradidit. Prior quidem sententia per quā dicitur: panis & uinum altaris solūmodo Sacramēta sunt, tua est,

† Sed

tua est, tuorumque sequacium. Posterior uero, quæ enuntiat: panis & uinum altaris solũmodo sunt uerum Christi corpus & sanguis, nullius hominũ est, nam & tu ueritatem carnis & sanguinis negas, & ecclesia Christi sic panem in carnem, uinum credit conuerti in sanguinem, ut tamen salubriter credat, & ueraciter recognoscat Sacramentum esse dominicæ passionis, diuinæ propitiationis, concordiæ & unitatis, postremo assumptæ de uirgine carnis & sanguinis, singula suis distinctisque modis, de quibus suo loco ac tempore euidentius disseretur. In præsentia tantũ suscepi ostendere uerba Romani Concilij, quæ te seruaturũ iureiurando firmasti, nulla inuicem contrarietate differre. Argumentibus enim te amicis ac necessarijs tuis, quod aut non seruanda iurare non debueris, aut iurata seruare, infamare soles Nicolaũm Pontificem, reliquosque patres Romani Concilij, uidelicet quod docentes ac scribẽtes contraria, tui fuerint causa periurij. Id quoque in hoc opusculo,

Panis quo modo in corpus mutetur.

culo, quod destruendū suscepi, ubiq; ferè laboras efficere. Propterea conferenda sunt uerba tua uerbis eorū. Nicolaus Papa cōperiens te docere panē uinumq; altaris post consecrationem sine materiali mutatiōe in pristinis essentijs remanere, cōcessa tibi, sicut superius dictum est, respondendi licentia, cum nō auderes pro tuæ partis defensione aliqd respōdere, pietate motus ad preces tuas præcipit tradi scripturam tibi, quā superius posui. Eius principiū hoc erat: Ego
„ Berengarius anathematizo eā hæresim
„ de qua hactenus infamatus sum, quæ
„ astruere conatur: panē & uinū quæ in al
„ tari ponuntur, post consecrationē solū-
„ modo Sacramentū, et non uerū corpus
& sanguinē dñi nostri Iesu Christi esse. Rectissime id quidem & ipse præcepit, & Synodus assensit, & tu executus es, si nō labio doloso, sed corde locutus fuisses, si ad pristinum uomitum, & ad uolutabrū luti infeliciter periurus postea nō redisses. Sacrorū nanq; canonū autoritate instruimur, ut nemo ab hæresi reuertens,

Heretici quādo recipiantur in cōmunionem.

uertens, ecclesiasticæ cōmunionis particeps esse permittat, quoadusq; peruersum dogma uinculo anathematis dānare cōpellat. Verū in hijs uerbis nec uerba tua superius posita, nec eorū sententias quisq; poterit inuenire. Vnde apparet peruersorem ac subuersorem te esse diuinarum literarum, & ex deprauatis fictisq; sentētijs erroris nebulas spargere imperitis, falsumq; esse quod ex falso principio cōstiterit emanare. BEREN. Sicut enim qui dicit, Christus est summus angularis lapis, Christū nō aufert, Christū esse omnino constituit, ita qui dicit, panis altaris solūmodo est uerum corpus Christi, panem in altari esse nō negat, panem & uinum esse confirmat in mensa dominica. LANF. Verū annecteres, si ignarus ueritatis priorē propositionis partē quisquā statueret: nisi forte figurato locutionis modo uerbū illud proferret: Solemus enim aliquas res illarum rerū ex quibus efficiuntur nominibus appellare, quāuis in aliā naturam translatæ iam non possint esse illud,

Berengarij primū argumentum.

lud quod sunt res illæ ex quibus pro-
bantur effectæ, sicut beatus Augustinus
in extremo psalmorum explanationis
opere crystallum uocat niuem multo-
rum annorum duratam tempore, & se-
rie seculorum: cum nix sit liquida & hu
mida, crystalli uero natura existat dura
& sicca. Ac per hoc cum tam diuersæ na
turæ sint in utrisque, non recte quis cry
stallum niuem uocauerit, nisi eo locu-
tionis modo, quo res effecta materiali
solet nomine appellari. Et creator ex ter
ra creato primo homini in Genesi dicit:
Terra es, & in terram ibis; quasi diceret:
quia factus es ex terra quandoque fies ter
ra, & reuerteris in terram. Veruntamen
ut dixi, has sententias nemo catholicus
recipit, Christiana eas religio nõ admit
tit. Nam priorem tuam esse tantum, tu-
æque sectæ, nemo est qui ambigat. Poste
riorem uero neque tu recipis, qui carnis
ac sanguinis negator existis, neque nos
qui sic utrunque fatemur, ut tamen mul
tarum, & excelsarum rerum figuram,
ac sacramentum esse minime abnege-

 mus.

mus. Porrò similitudo, quam de domino Iesu Christo, & lapide angulari posuisti, te impedit, nos expedit: Sicut enim qui dicit: Christus est lapis angularis, non reuera Christum lapidẽ esse constituit, sed propter aliquam similitudinem quam ad seinuicem gerunt tale ei nomen imponit. Eodem modo cum diuina pagina corpus Domini panem uocat, sacrata ac mystica locutione id agit, seu quoniã ex pane conficitur, eiusq́ nonnullas retinet qualitates; seu quia animam incomprehensibilem pascendo satiat, eiq́ æternæ uitæ substantiam subministrat, uel quod corpus est filij dei, qui est panis angelorũ, & in quem, sicut ait princeps Apostolorum, desiderant angeli prospicere: seu aliquo alio modo, qui à Doctoribus comprenhedi potest, à nobis non potest. BER. Non enim constare poterit affirmatio omnis parte subruta, & hoc sicut dicit beatus Augustinus in libro de Doctrina Christiana, in ipsa æternitatis ueritate, quæ deus est, indis-

solubi-

ſolubiliter conſtat. LANF. Relictis ſacris autoritatibus ad dialecticam confugium facis: Et quidem de myſterio fidei auditurus ac reſponſurus quæ ad rem debeant pertinere, mallem audire ac reſpondere ſacras autoritates, quàm dialecticas rationes. Verum contra hæc quoque noſtri erit ſtudij reſpondere, ne ipſius artis inopia me putes in hac tibi parte deeſſe. Fortaſſe iactantia quibuſdam uidebitur, & oſtentationi magis, quàm neceſſitati deputabitur: Sed teſtis mihi deus eſt, & conſcientia mea, quia in tractatu diuinarum literarum nec proponere, nec ad propoſitas reſpondere cuperem dialecticas quæſtiones, uel earum ſolutiones. Et ſi quando materia diſputandi talis eſt, ut huius artis regulis ualeat enucleatius explicari, in quantum poſſum per æquipollentias propoſitionum rego artem, ne uidear magis arti, quam ueritati, ſanctorumq; patrum autoritati confidere. Quamuis beatus Auguſtinus in quibuſdam ſuis

Dialecticæ usus. scriptis, & maxime in libro de Doctrina Christiana hanc disciplinam amplissime laudet, & ad omnia quæ in sacris literis uestigantur, plurimum ualere cõfirmet. Deniq; contra FELICIANUM hæreticum Arianum contendens, ita hac arte eum conclusit, ut ipse hæreticus non ualens ferre locorum ac syllogismorũ implicitas atq; implicantes connexiones, publica uoce exclamaret, dicens: *Feliciani uox.* Aristotelica mecum subtilitate contendis, & omnia quæ à me dicuntur torrẽtis more præcipitas. Igitur superius uolens astruere, panem uinũq; altaris inter sacrandum essentialiter nõ mutari, duo quædam pro argumentorum locis assumpsisti, quorum unum tantummodo esse tuum, alterũ nullius hominum manifestis rationibus approbaui. In qua re magno uitio rem prædictam effecisti. Nam quod tuũ erat, quæstio erat: ex eo quippe quærimus. Id opprimere atque euertere omni argumentorum mole atque impulsu satagimus. Porrò nulla quæstio locus esse poterit

argu

argumenti. Argumenti quippe locum necesse est aut per se esse certum, aut certis rationibus approbatum. Quod ergo tantummodo tuum erat approbandum, rem dubiam assumi minime oportebat. Reliquum uero quod nullius hominum esse constitit, ne id quidem dubiæ rei fidem facere aliqua ratione oportuit. Quis enim certum esse aut certum fieri posse arbitretur, quod omnes negant, nullus confitetur? Igitur ne id quidem ad argumentum sumi rationis fuit. Male ergo utrunque posuisti. Hijs duobus uitiosissimis principijs totam argumentationem tuam identidem repetendo ad finem usque cõtexis, ac propterea necesse est uitiosum, nec concedendum esse quicquid ex uitiosis nec concessis principijs constiterit emanare. Adhuc alio argumento probare contendis, panem uinumq; post consecrationem in principalibus permanere essentijs, dicens: Non enim constare poterit affirmatio omni parte

Quæstio nequit esse locus argumenti.

ſubruta. Ad cuius rei probationem non oportuit inferri particularem ne-gatiuam, qua de præſenti quæſtione nihil colligitur, ſed uniuerſalem po-tius, per quam enuntiatur: nulla af-firmatio conſtare poterit parte ſubru ta: Age enim, ſit particularis nega-tio tua: non omnis affirmatio. Rur ſus aſſumptio tua: Panis & uinum altaris ſolummodo ſunt Sacramen-tum. Vel: Panis & uinum ſolum-modo ſunt uerum Chriſti corpus & ſanguis, utrunque affirmatio eſt. Hijs duabus particularibus præce-dentibus, poterisne regulariter con-cludere parte ſubruta ea non poſſe cō ſtare? Abſit. In nulla quippe ſyllo-giſmorum figura, præcedentibus du-abus particularibus conſequenter in-fertur concluſio ulla. Male ergo eam collocaſti. Illud uero perfunctorie non eſt prætereundum, quod præ-

fatæ

fatæ propositionis tuæ ueritatem in ipsa æternitatis ueritate, quæ deus est, indissolubiliter constare prohibuisti: idq́ beati AVGVSTINI de Doctrina Christiana autoritate firmasti. Et quidem propositio ipsa uera est, ueraq́ propositionis in suo loco posita uim obtineret, sed tu male, & inefficaciter eam posuisti: Nec eius magis quàm omnium tam rerum, quàm aliarum propositionum ueritas apud ueritatem omnia scientis ac præscientis dei æternaliter constat, qui & res ipsas in principalibus ac secundis essentijs condidit, easq́ tam uerarum, quàm falsarum propositionum causas esse disposuit. Veruntamen in opere de Doctrina Christiana nec huius propositionis, nec alicuius eius similis beatus AVGVSTINVS aliquo in loco mentionem facit, quod facile quiuis scire poterit, si curet ipsum librum

legere, si nunquam legit, uel relegere, si fortasse iam legit. In qua re uehementer miror siue errorem, siue stultitiam tuam: Errorem quidem, si prolata testimonia in sacris codicibus aut aliter esse, aut penitus non esse ignoras: Stultitiam uero, si ita cæteros uæcordes æstimas, ut dictis tuis contra antiquam ecclesiæ fidem protinus credant, eaque uelut sacrosancta indiscussa prætereant.

BER. Est autem affirmatio notissimis partibus suis constans, prædicato & subiecto, quæ ita enuntiat: Panis & uinum quæ in altari ponuntur sunt solummodo sacramenta. Nihilominus quæ ita enuntiat: Panis & uinum quæ ponuntur in altari, post consecrationem solummodo sunt uerum Christi corpus & sanguis. LANF. Eadem te repetere minime pudet, propterea quæ paulo ante posui me etiam replicare oportet. Priorem sententiam tantummodo esse tuam, posteriorem uero nullius esse hominum su-

perius

perius dixi, & ita esse documentis cla/rioribus approbaui. Nam & tu car/nem ac sanguinem negas, in solo sa/cramento rem totam constituens: & nos sacramentū fatemur, & tamē utri/usq; ueritatem fideliter & ueraciter con fitemur. Quod uero dialectica uerba, affirmationem, prædicatum, subiectū, cæteraq; in hunc modum tractatui tan tæ rei labora: inserere, propter nil aliud uideris id facere, nisi ut hac occasiōe pe ritum te disputādi imperitis ualeas sua/dere. Nā & tu sine hijs nominibus quod moliris nō impariter posses asserere, & nos quæ à te dicerent solūmodo posse/mus testimonijs abolere. BER. Su sceperat aūt Burgūdus negare panē & uinū in mēsa dñica superesse. Hoc mini me negat, imò omnino panē & uinū es/se cōfirmat in mēsa dñica. LANF. Mē brū ecclesiæ ab ecclesia discrepare non potuit, nec debuit. Confitetur enim ecclesia toto terrarū orbe diffusa panē & uinū ad sacrādū ꝓponi in altari, sed inter sacrādū incōprehēsibiliter et ineffabiliter

p 5 in sub

in substantiã carnis & sanguinis cõmutari. Quod suo loco opitulante eo, de cuius sacratissimo corpore loquimur, diuersis diuersorũ patrũ testimonijs ita esse, nec aliter posse esse monstrabitur. Non tamẽ panẽ negat, imò confirmat. Sed panẽ qui de cœlo descẽdit, & dat uitam mundo: panẽ, quẽ Ambrosius & Augustinus ijsdẽ uerbis uocant ἐπιούσιον, idest supersubstantialẽ, quia caro Christi omnibus creatis substãtijs maior existit, omnes creaturas excellentissimas dignitate præcellit. Vinũ quoq; nõ qualecunq;, sed quod hominũ, nõ quidẽ omnium, sed seruorum dei corda lætificat, quod animas inebriat, & à peccatis purgat. BER. Dum ita enuntiat: Panis & uinum quæ ponũtur in altari, post consecrationem solummodo sunt uerum Christi corpus & sanguis. LANF. Dixit quidam spiritu dei plenus: Os quod mentitur occidit animam. Hanc sententiam timẽdã si timeres, falsam seruo dei calumniã nõ imponeres. Cætera nanq; dixit, at uerbũ hoc solũmodo nequaq̃ posuit.

Sap. 1.

posuit. Quicqd igit̃ ex mẽdacio te mẽ-
daciter adstruente colligitur, quicquid
infertur necessariò totũ dispergitur, in-
firmatur, cassatur. De quo quia in ante-
rioribus iam satis egi, plura hic dicere
transiturus ad alia supersedi. BER. Per
consecrationẽ altaris fiunt panis & uinũ
sacramentum religionis, non ut desinãt
esse quæ erãt, sed ut sint quæ erant, & in
aliud cõmutẽtur, quod dicit beatus Am
brosius in libro de sacramẽtis. LAN. O
mentẽ amentem, ô hominem impudẽ
ter mentientem, ô puniendã temeritatẽ:
Ambrosiũ accire testẽ præsumis, quod
panis & uinũ altaris per consecrationẽ
non desinant esse quod erant, sed com-
mutetur in aliud quod nõ erant. Et qui
dẽ si de sacramẽtis seu cæteris de quibus
Ambrosius scripsit omnes reuoluat li-
bros, quos ecclesia in usu nũc habet, tale
quid ab Ambrosio dictũ, taliterq́ expo
situm nusquã reperire ualebit. Qđ si di
xisset, præclarissimæ famæ suæ plurimũ
detraxisset, sibi ipsi cõtrarius extitisset, rẽ
incredibilẽ credẽdã esse cõstituisset: quis
enim

enim compos sui credat rem aliquã cõuerti in aliam, nec tamen in ea parte desinere esse quod erat? Sed ueritas ipsa quæ deus est, procul semper auertat, ut testis ueritatis contra ueritatem testis existat. Accipe potius quid in libro de mysterijs siue initiãdis dicat: Volens enim discrepantiã ostendere inter mãna Iudæorũ, & sacrificiũ Christianorũ, per hoc uidelicet quia illud umbra & figura erat, hoc uero lux & ueritas: illud è cœlo, hoc corpus dñi cœlorum. Ne tantã elementorũ in tantarũ rerum conuersionẽ mens credere humana refugeret, subiũxit, dicẽs:
» Quãtis igit̃ utimur exẽplis, probemus
» non hoc esse quod natura formauit, sed
» quod benedictio cõsecrauit, maioreq́;
» uim esse benedictiõis q̃ naturæ, q̃a bene
» dictiõe etiã natura ipsa mutatur. Panem uinũq́; à natura formari nullus est q̃ ãbigat, nemo q̃ nesciat. De quorũ uera in uerũ corpus dñi conuersiõe nõ oportere dubitari manifestis ostendit̃ exẽplis, congruis per similia asseritur argumentis, narrans in primis Moysi uirgã in serpentem

ɔentem uersam, deinde serpentem in
iirgam, post hæc aquas in sanguinem
nutatas, dehinc sanguinē remeasse in
quas, pluraq; in hunc modum. Ad ul-
mū præmisso illo magno ac singulari
iiraculo de partu uirginis, inquit: Et
oc quod conficimus corpus ex uir-
ine est. Et ne naturā potentiæ diuinæ
ræponeres, quasi nō possit deus cuius-
bet rei mutare naturā, occurrit dicens:
)uid hic quæris naturæ ordinē in Chri
i corpore, cum præter naturam sit ipse
ominus Iesus partus de uirgine? Sex-
im quoq; de Sacramentis librū in quo
ɔere præfatum mendaciū eum dixisse
endaciter affirmasti, sic incipit: Sicut
rus est dei filius dominus noster Ie-
s Christus, non per gratiā, quemad-
odum cæteri homines, sed per naturā,
uera caro eius est quā accipimus, &
rus eius sanguis est quem potamus.
uucissima de multis me dixisse suffici-
, ut lectores tuarum atq; mearum sen
ntiarum perspicaciter agnoscant, qua
ıde fingas non inuenta, qua astutia

depra ues

depraues inuenta, qua pertinacia in aliud detorquere coneris quæcunque relinquis illæsa. Cui nequitiæ nulla ferè hæreticorū prauitas à tempore Luciani & Isychij similis extitit, quorū utraque propheticas & euāgelicas atque apostolicas scripturas ad suæ causæ cōmodum deprauauit. Quæque hæresis sacras quidem literas male intellexit, sed tamē sine ulla euersione uel peruersione in suo eas statu manere permisit. In quarto uero de sacramentis sermone, cum præfatus doctor satageret approbare, nō esse mirandum, si ea quæ sunt diuina potentia in aliud transeant, propterea quod ipsa quoque iubente omnia ex nihilo facta subsistant, subiunxit: Si igitur tanta uis est in sermone domini Iesu, ut inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, ut quæ erant in aliud commutentur? Quæ litera tua plurimum in sententia concordat cum ea, quæ in libro ab eodem de Mysterijs siue initiandis edito in hæc uerba reperitur: Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo

Lucianus Isychius.

nihilo facere quod non erat, non po-
est ea quæ sunt in id mutare quod non
erant? BER. Sacrificiumq; ecclesiæ
duobus constat, duobus confit, uisi-
bili & inuisibili, sacramento & re sacra-
menti. Quæ tamen res, id est, Christi
corpus, si esset præ oculis, uisibilis esset,
sed eleuata in cœlum, sedésq; ad dexte
ram patris, usq; in tempora restitutio-
nis omnium, quod scribit Apostolus
Petrus, cœlo deuocari non poterit, sicut
Christi persona constat deo & homi-
ne. LANF. Caiphas cum esset ponti-
fex anni illius, uerum de Saluatore ne-
sciens prophetauit, dicens expedire ma
gis pro mundo mori unum hominem,
quàm totius mundi perire omnem ho-
minem. Verum quidem dixit, uerun-
tamen quò eius uerbum uergeret igno
rauit. Sic & tu uolens loqui contra cau
sam nostram, manifeste quam defen-
dendam suscepimus asseris partem no-
stram. Hoc est nanque quod dicimus,
hoc modis omnibus contra te ac se-
quaces tuos approbare cotendimus:
sacrifi

ſacrificium ſcilicet eccleſiæ duobus con
fici, duobus conſtare, uiſibili elemen-
torum ſpecie, & inuiſibili domini Ieſu
Chriſti carne & ſanguine, ſacramento,
& re ſacramenti. Quæ res, ut uerbis tuis
utar, eſt corpus Chriſti, ſicut Chriſti
perſona te quoq; autore conſtat & con
ficitur deo & homine, cum ipſe Chri-
ſtus ſit uerus deus, & uerus homo: quia
omnis res illarũ rerum naturam & ueri-
tatem in ſe continet, ex quibus conficia-
tur. Conficitur autem te etiã teſte ſacri-
ficium eccleſiæ ſacramento & re ſacra-
menti, id eſt, corpore Chriſti. Eſt igitur
ſacramentũ res ſacramenti, id eſt, cor-
pus Chriſti. Chriſtus tamen reſurgens
ex mortuis iam non moritur, mors illi
ultra non dominabitur, ſed ſicut dicit
Petrus Apoſtolus, cum uere in terris
carnes eius ſint cõmeſtæ, & uere ſan-
guis eius ſit bibitus, ipſe tamen uſq; in
tempora reſtitutionis omniũ in cœleſti-
bus ad dexteram patris integer perſeue
rat & uiuus. Si quæris modum quo id
fieri poſſit, breuiter ad præſens reſpon-
deo:

leo: Mysteriũ est fidei, credi salubriter potest, uestigari utiliter non potest. BER. Vnde beatus Augustinus in Euangelio: Quando Christus manducatur, uita manducatur: Nec quãdo manducamus partes de illo facimus. LANF. Beatus Augustinus in Euangelio nihil dixit, quia aliquid in Euangelio dixisse aliquem nusquã legitur præter Dominum & Euangelistas, easq; personas quæ pro qualitate rerũ, & euentu temporum loqui in Euangelio à scriptoribus Euangelij perhibẽtur. Scripsit uero prolixum opus, historialiter exponendo Euangelium domini secundum Ioannem, in quo opere præfata sententia reperitur, quã nos deuote suscipimus, & debita reuerentia honoramus, quia pro nobis facit, & ueritati cõsonat, ubi ait: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meũ, in me manet et ego in eo. Nec quãdo manducamus, partes de eo facimus. Absit enim ut sic intelligamus manducari Christum, quemadmodum intellexerũt illi, qui cum audirent

Credi quædam utiliter possunt, quæri nõ possunt.

rent dicentem Dominũ: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitã in uobis, continuo responderunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Putauerunt nanque, sicut præfatus autor multis in locis dicit, quod in terris degentem Dominũ in frusta essent cõscissuri, et sic, ut carnes eius aut elixas in lebetibus, aut assas in uerubus essent cõmessuri: aut si hoc nollent, non possent esse eius discipuli. Propterea elegerunt abire, & iam amplius cum eo non ire. Procul auertat deus ab ecclesia sua talem sententiã. Sic nempe in terris immolatũ Christum manducamus & bibimus, ut in cœlestibus ad dexteram patris integer semper perseueret & uiuus. BER. Vnde beatus Augustinus in libro de Ciuitate dei: Sacramentũ est sacrum signũ. Signum diffinit in libro de Doctrina Christiana: Signum est res præter speciem quã ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationẽ uenire. LANF. Et nos Sacramentũ de

Sacramentum quid sit.

quo

quo agimus sacrum esse signum credi/
mus, & credēdū suademus. Quo signo
præter speciem, quæ se oculis intuentiū
ingerit, longe aliud ualdeq́ꝫ diuersum
in cogitationē salubriter intelligētiū ue
nit. Quid autē illud sit, seu potius quæ
lla sint, breuiter superius cōmemoraui,
latius paulo post cōmemoraturus. Ve/
rūtamen beatus Augustinus in libro de
Ciuitate dei non abrupte, ut tu dicis, sa/
cramentū sacrū esse signū diffiniuit: Ni/
hil uero eo in loco de corpore et sangui
ne Dñi loquebatur, sed tractans de ritu
Iudaicorū sacrificiorū, quo p sacrificia
quæ uiderentur, res inuisibiles per quas
humanæ societati ad diligēdū Dominū
proximūq́ꝫ consulit significarent, pau/
cis approbatā sententiā conclusit, dicēs:
Sacrificiū ergo uisibile inuisibilis sacri/
ficij sacramentū, id est, sacrum signū est.
Quid uisibile, quid inuisibile sacrificiū
uocauerit, post aliqua hijs uerbis expo
suit: Non uult ergo deus sacrificiū truci/
dati pectoris, sed uult sacrificiū contriti
cordis. Et paulo post: Porrò autem mi/

ſericordia uerum ſacrificium eſt. BER. Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium Epiſcopũ: Si Sacramenta rerum quarũ ſacramenta ſunt ſimilitudinẽ non haberent, omnino ſacra ſacramẽta nõ eſſent. Idẽ de Catechizandis rudibus: Signacula quidem rerum diuinarũ ſunt uiſibilia, ſed res inuiſibiles in eis honorãtur: nec ſic habenda eſt ſpecies benedictione ſanctificata, quemadmodũ habetur in uſu quolibet. LANF. Hoc ignorare quiſquã nequit, quicunq; uel tenuem ſacris literis operã impendit. Sacramenta enim illarum rerum quarũ ſacramenta ſunt ſemper ſimilitudinem gerunt, ſicut in ſacramento de quo hæc quæſtio uentilatur, dum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm dominici corporis in cruce immolatio, eiusq; ſanguinis de latere effuſio deſignatur? Alioquin ſacramentum non eſſet, ſi tamen ſacramenti nomẽ eo intelligatur modo, quo nunc intelligimus & intelligi à lectoribus ſeu auditoribus æſtimamus. Dicitur

Sacramentum quid ſignificet.

tur

ur nanque sacramentum etiam iusiuran
dum, non quod rei cuiuspiam similitu
dinem habeat, sed quia supra res sacras
alicuius rei confirmatio uel abnegatio
fiat. Vnde beatus Gregorius in episto
la ad Iustinum: Ad beati, inquit, Petri
sacratissimum corpus districta eum ex
abundanti fecimus sacramenta præbe-
re. Dicitur quoque sacramentũ alicuius
rei sacratio: sicut argumentum dubiæ
rei approbatio: fulcimentum, casuræ rei
sustentatio. Illud uero quod ex libro
de Catechizandis rudibus assumpsisti,
referens in rebus uisibilibus res inuisibi
les honorandas, nec sic habendam spe
ciem benedictione sanctificatã, quem-
admodum non sanctificatam, quid tuæ
parti prosit planè non uideo. Imò ma-
gis uidetur tuam oppugnare sentẽtiam,
nostræ ferre subsidium. Nos etenim in
specie panis & uini quam uidemus, res
inuisibiles, id est Christi carnem & san
guinem honoramus. Nec similiter pen
simus has duas species, ex quibus con

ſecratur dominicum corpus, quemadmodum ante conſecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur, ante conſecratione͂ eſſe pane͂ uinumq́, id eſt cas res quas natura formauit, inter ſecrandum uero conuerti in Chriſti carnem & ſanguinem, quas utraſq; res benedictio co͂ſecrauit. Quamuis beatus Auguſtinus in eo libro non magis loquebatur de hoc ſacrame͂to, quàm de cæteris quæ Chriſtiana co͂ſuetudine exerceri iubentur, & ſolenniter exercentur, inſtruens Diaconum quendam Carthaginenſis eccleſiæ, qualiter ipſum quoque rudes de hijs & de cæteris oporteat inſtruere.

BER. Vnde beatus Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium: Sicut, inquit, ſacramentum corporis Chriſti ſecundum quendam modum corpus Chriſti eſt: ſacramentum ſanguinis Chriſti ſecundum quendam modum ſanguis Chriſti eſt; ita ſacramentum fidei fides eſt.

LANF. Sacramentum corporis Chriſti, quantum ad id ſpectat quod in cru-

ceim-

ce immolatus est ipse dominus Christus, caro eius est, quam forma panis opertam in sacramento accipimus, & sanguis eius quem sub uini specie ac sapore potamus: Caro uidelicet carnis, & sanguis sacramentum est sanguinis: Carne & sanguine utroque inuisibili, intelligibili, spiritali significatur redemptoris corpus uisibile, palpabile, manifeste plenum gratia omnium uirtutum, & diuina maiestate. Quorum alterum quidem dum frangitur, & in populi salutem diuiditur, alterum uero effusum de calice ab ore fidelium sumitur, mors eius in cruce, & sanguinis eius de latere emanatio figuratur. Vtrunque beatus Gregorius & sollerter attendit, & enucleate in quarto Dialogi libro ita expo-nit, dicens: Eius quippe caro ibi sumitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Pensandum ergo est quale sit hoc sacrificium, quod pro absolutione

nostra mortem unigeniti filij semper imitatur: imitatur dixit, non operatur: quia resurgens ex mortuis iam nõ moritur, mors illi ultra non dominabitur. Caro ergo & sanguis, quibus ad impetrandam pro peccatis nostris dei misericordiam quotidie alimur, Christi corpus ac sanguis uocantur: non solũ quia essentialiter idem sunt qualitatibus plurimum discrepantes, uerumetiam eo locutionis modo quo res significans significatæ rei solet uocabulo nuncupari. Nec iuste quisquã monebitur, si eadem caro, idemq́ sanguis sui ipsorum sacramenta existant, secundum aliud atque aliud accepta, cum ipse Dominus Iesus post resurrectionem suum sui ipsius diuersa temporum ratione typum gesserit & figuram. Apparens enim duobus discipulis, locutusq́ eis quantũ satis esse iudicauit, dum finxit se longius ire, sicut beatus Augustinus dicit, significauit se post paucos dies in cœlos ascensurum esse. Quid ita longe remotum

est

est à cōmuni hominū uita, quæ ipsis est duobus discipulis euidentissime figurata: Christus ergo Christi est sacramentum, longius uidelicet ire se fingēs, longius suo tempore ascēdentis in cœlum, idem eiusdem, nec tamen usquequaq;. Verus nanq; deus, & uerus homo, & fingens, & ascendens. Veruntamen aliud est figmētum terreni itineris, aliud in cœlū ueritas ascendentis. Nec aliquis ita desipuerit, ut propterea abnegare præsumat fingentem se longius ire esse uerum Christum: Quia in ipso figmento longioris itineris significauit uerum Christum ascensurum in cœlum. Porrò sacramentum fidei in ipsa ad Bonifaciū epistola beatus Augustinus baptismum uocat. Verus autem baptismus constat non tam ablutione corporis, quàm fide cordis, quemadmodum apostolica doctrina tradit, dicēs: Fide mundans corda eorū. Et alibi: Sic & uos saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio

Baptismus.

1. Pet. 3.

rogatio in Dominum. Alterum tamen significatur per alterum: Nam per ablutionē, quæ corpori extrinsecus adhibetur, purgatio animæ exprimitur, quam fides interior operatur. Vocaturq; baptismus fides, secundum eam locutionis formam, qua mysterium eius rei cuius mysterium est censeri nomine cōsueuit. Huius rei causa similitudo est, quã in sacramento & in re sacramenti reperiri semper necesse est, sicut in baptismo & fide: Vtrũq; enim lauat, purgat, purificat: illud carnem, illud mentem. Sicut ergo cœlestis panis, quæ uera caro Christi est, suo modo uocatur corpus Christi, cum reuera sit sacramentũ corporis Christi, illius uidelicet, quod uisibile, palpabile, mortale in cruce est suspensum: uocaturq; ipsa carnis ipsius immolatio, quæ sacerdotis manibus fit Christi passio, mors, crucifixio, non rei ueritate, sed significanti mysterio, sic sacramētũ fidei quod baptisma intelligit fides est. BER. Beatus Augustinus

in

in epistola ad Bonifacium: Semel im-
molatus est Christus in semetipso, &
tamen in sacramento non solum per o-
mnes Paschæ solennitates, sed & omni
die populis immolatur. LANF.
In seipso semel immolatus est Christus:
quia in manifestatione sui corporis in
distinctione membrorum omnium ue-
rus deus, & uerus homo semel tantum
in cruce pependit, offerens seipsum pa-
tri hostiam uiuam, passibilem, mortalē,
uiuorum ac mortuorum redemptionis
efficacem, eorum uidelicet, quos diui-
ni consilij altitudo redimendos iudica-
uit, præsciuit, prædestinauit, uocauit,
modis atque temporibus quibus id fi-
eri congruebat. In sacramento tamen,
quod in huius rei memoriam frequen-
tat ecclesia, caro Domini quotidie im-
molatur, diuiditur, comeditur, & san-
guis eius de calice fidelium ore pota-
tur: Vtraque uera, utraque de uirgine
sumpta. Sumitur quidem caro per se,
& sanguis per se, non sine certi ratio-
nemy-

ne mysterij, quamuis alio locutionis modo totus Christus manducari dicatur & credatur, scilicet cum uita æterna, quæ ipse est, spiritali desiderio appetitur, cum recordatio mandatorum eius super mel & fauũ dulcior in mente habetur, cum fraterna charitas, cuius signum hoc sacramentũ gestat, pro Christi amore diligitur, cum dulciter atque salubriter in memoria reconditur, quod pro salute hominũ contumelijs sit affectus, cruce suspẽsus, clauis affixus, lancea uulneratus. Vtraque cõmestio necessaria, utraque fructuosa: altera indiget alterius ut boni aliqd operetur: Nam prior si desit, posterior non solum peccata nõ purgat, sed etiam auget, & præsumptores iudicat: Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit. Porrò posterior sine priore esse non potest, aut non debet. Hinc nanque panis quotidianus à Dño dicitur, sicut à beato Ambrosio, & sancto Cypriano exponitur. Et in Euangelio legitur: Nisi manducaueritis

Euchari= stia charitatis fraternæ symbolum est.

Panis quotidianus.

ueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitam in uobis. Et sacri Canones iubent non habendos inter catholicos, qui sacramento corporis Christi non communicant, nisi forte pœnitētium more & episcopali iudicio pro capitalibus peccatis abstineant. Frustra ergo infers & dicis: Si semel passus est Christus in semetipso, & semel etiā in corpore suo, eò quod corpus suū nullo modo separari potest à seipso. Quod nō procedit: Multa quippe sunt in rebus, quæ rerum partibus conuenire non possunt. Nam cum ipse dominus Iesus uerus deus sit, & uerus homo, omnisq; homo constet anima rationali et corpore, nō tamē anima ipsa, aut ipsum corpus recte uocabitur homo uel deus. BER. Consentio, inquit Burgundus, sanctæ Romanæ ecclesiæ. Reuera non sanctam ecclesiam experta est ueritas ipsa, sed ecclesiam malignantium, Concilium uanitatis: nec Apostolicam, sed sedem Satanæ:

Pœnitentes Eucharistia abstinent.

LANF.

LANF. Non deberes dicere, consentio inquit Burgũdus, sed consentio ego Berengarius: tua enim uerba fuerunt: hæc te credere sanctũ Concilium fefellisti, hæc te seruaturum iureiurando firmasti. Venerabilis Humbertus, quẽ quasi exprobrando Burgũdum nominas, quasi non possit deus in Burgundia habere seruos suos, nihil aliud fecit, nisi quod scripturã ipsam præcipiente Synodo manu in manum tibi porrexit. Verũ ô infelix anima, de hæresi ad periurium prius transisti, nunc iterum de periurio ad hæresim remeasti. Proptere a traditus in reprobũ sensum, sanctã Romanam ecclesiam uocas ecclesiam malignantium, Concilium uanitatis, sedẽ satanæ. Et hoc impio ore garristi, qđ garrisse nemo legitur, nõ hæreticus, nõ schismaticus, nõ falsus aliquis Christianus. Quotquot enim â primordio Christianæ ecclesiæ Christiani nominis dignitate gloriati sunt, etsi aliq relicto ueritatis tramite per deuia erroris incedere maluerint, sedẽ tamẽ sancti Petri Apostoli

Romanæ sedis dignitas.

toli magnificehonorauerũt,nullāq; ad
ıersus eā huiusmodi blasphemiā uel di
cere,uel scribere præsumpserũt. Quod
ndubitatũ habet qui eorũ scripta legit,
quæ diuersis temporibus,ac diuersis de
causis sedes Apostolica ab eis trāsmissa
uel porrecta recepit. Deniq; ipse Dñs
honorifice alloquit eā in Euāgelio suo
dicēs:tu es Petrus,& super petrā hāc ædi
ficabo ecclesiā meā, & portæ inferi non
præualebunt aduersus eam,& tibi dabo
claues regni cœlorũ: & quodcunq; liga
ueris super terrā, erit ligatũ & in cœlis:
& quodcunq; solueris super terram,erit
solutũ & in cœlis. Quæ tametsi de pasto
ribus sanctæ ecclesiæ dicta esse credātur,
& à quibusdā catholicis exponātur,præ
cipue tamē de Romana ecclesia intelli
gēda esse sacri Canones & Pōtificũ de
creta testantur. BER. Quis enim aut ra
tione cōcipiat,aut per miraculũ fieri pos
se concedat,panē frangi in Christi cor-
pore,quod post resurectionē tota uiget
incorruptibilitate, & usue in tempo-
ra restitutionis omnium cœlo manet.
indeuo

indeuocabile? LANF. Quo nam mo do panis efficiatur caro, uinumq; conuer tatur in sanguinē, utriusq; essentialiter mutata natura, iustus qui ex fide uiuit scrutari argumētis, & concipere ratione non quærit: Mauult enim cœlestibus mysterijs nunc fidē adhibere, ut ad fidei præmia quandoq; ualeat puenire, quàm fide omissa in comprehendendis hijs quæ comprehēdi non possunt superua cuè laborare, sciens scriptum esse: Altio ra te ne quæsieris, & fortiora te ne scru tatus fueris, sed quæ præcipit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operi bus eius ne fueris curiosus. Nō est enim tibi necessarium, ea quæ abscōdita sunt uidere oculis tuis. Diuina tamē potētia mirabiliter operante fieri posse cōcedit. Nec defuere quibusdam dubitantibus digna miracula, quibus rerum uisibiliū atq; corruptibiliū ablatis tegumentis si cuti reuera est, appareret corporalibus oculis caro Christi et sāguis, omnipotē te deo misericorditer sanante infirmorū imbecillitatē, & terribiliter damnante

Miracula circa Eucharistiā.

atq;

atq; euertente omnium hæreticorũ de/testabilem prauitatem. Quorum officij intereſt, ſimplicem infantiũ atq; lacten tium, ex quibus laudem perfecit Chri ſtus, fidẽ irridere, rationibus omnia uel/le comprehendere, cum ipſi rationis ex/pertes facti propter arrogantiam & ſte rilitatem ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Quod uero incorru ptionẽ dominici corporis, & quod cœ/lo uſq; in diem iudicij deuocari non poſ ſit, fidei noſtræ qua ipſum uere à fideli/bus ſuis manducari credimus, quaſi cau ſam impoſſibilitatis opponis, profecto fidem noſtram aut non intelligis, aut in tellectam male exponẽdo ad tuã ipſius perniciẽ deprauare contendis: Sic enim credimus, uere ſalubriterq; manducari in terris à digne ſumentibus dominum Ieſum Chriſtũ, ut certiſſime teneamus exiſtere illum in cœleſtibus incontami/natum, incorruptum, illæſum. Ineptus ſis ſi propterea dicas Sareptanã uiduam non potuiſſe comedere oleum, quo ple nus erat lecythus ſuus: quia ſacra teſtan

r te hi/

te historia lecythus olei non est immi-nutus, cum eadem scriptura dicat: Abijt & fecit iuxta uerbum Heliæ, & comedit ipsa, & illa, & domus eius. Non dissimili grauaris uæcordia, si idcirco moliaris astruere, non posse ali iam ecclesiam carne & sanguine redemptoris sui, quia Apostolus dicit: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, cum ipse Dominus loquēs discipulis testetur dicens: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradet̃. Et: Hic est calix sanguinis mei, mysterium fidei, qui pro uobis & multis effundetur. Et: Panis quem ego dedero caro mea est pro mundi uita. Et: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ex quibus Domini uerbis ortæ sunt duæ hæreses antiquis temporibus. Et in hoc quidem cō senserunt omnes, quod panis & uinum in ueram filij hominis carnem, uerumq; eius sanguinem conuerterentur, sed

De uera Christi carne in Eucharistia nulla unquā cō trouersia

ſed quis eſſet iſte filius hominis non o/
mnes eandē ſententiā tenuerunt. Qui/
dam arbitrati ſunt, hunc oportere intelli
gi quemlibet hominem, ſiue iuſtum, ſi/
ue peccatorem, cuius in carnem ac ſan
guinem conuerſa terrena ſubſtantia ſu
meretur in remiſſionem peccatorum.
Alij arbitrati ſunt non hunc eſſe de tur
ba quemlibet hominem, ſed uirum iu/
ſtum, ſanctificatum, à communi ho/
minum uita per ſuæ uitæ celſitudinem
ſegregatum, qui templum dei eſſet,
qui diuinam in ſe habitationem ueriſſi
me poſſideret: In huius carnem ac ſan/
guinem commutari poſſe, panem, ui/
numq; altaris hæretica pertinacia deli/
berabant. Factum autem eſt hoc pau/
cis annis poſt obitum beati Auguſti/
ni, tempore CELESTINI Pa
pæ, & Cyrilli Alexandrini Epiſcopi,
quibus præcipientibus atque anniten/
tibus indicta ac celebrata eſt Synodus
Epheſina, una de quatuor, quas beatus
Gregorius in epiſtola ad Patriarchas fa
tet ſe ita ſuſcipere, cōplecti & uenerari,

quemadmodum ſancta quatuor Euangelia domini noſtri Ieſu Christi. In qua Synodo damnatæ ſunt utræq; ſuperius comprehenſæ lætales peſtes, roborata eſt fides, qua credimus panem conuerti in eam carnem, quæ in cruce pependit, uinumq́; in eum ſanguinem, qui de pendētis in cruce latere emanauit. Deniq; CC, qui eidem Concilio interfuere Epiſcopi, inter cætera de hoc ſacramento ſcripſerunt, & Neſtorio Epiſcopo quaſi hæreticorum capiti tranſmiſerunt: Ad benedictiones, inquiūt, myſticas accedimus, & ſanctificamus, participes ſancti corporis & precioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrûm redemptoris effecti: Non ut communē carnem percipientes, quod abſit, nec ut uiri ſanctificati, & uerbo coniuncti ſecundum dignitatis unitatem, aut ſicut diuinam poſſidentis habitationem, ſed uere uiuificatricem, & ipſius uerbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut deus exiſtens, quia propriæ carni unitus eſt, uiuificatricem eam eſſe profeſſus eſt.

Epheſinū Conciliū de carne Chriſti quædam habet.

Et

" Et ideo quamuis dicat ad nos: Amen
" amen dico uobis: nisi manducaueritis
" carnem filij hominis, & biberitis eius
" sanguinem, nõ tamen eam ut hominis
" unius ex nobis æstimare debemus: quo
" modo enim iuxta naturam suam uiuifi
" catrix esse caro hominis poterit? Sed ut
" uere propriam eius factam, qui propter
" nos filius hominis & factus est & uo-
" catus. Et circa finẽ Concilij: Si quis
" non confitetur carnem Domini uiuifi-
" catricem esse, & propriã ipsius uerbi dei
" patris, sed uelut alterius præter ipsum
" coniuncti eidem per dignitatem, aut
" quasi diuinam habentis habitationem,
" ac non potius uiuificatricem esse, quia
" facta est propria uerbi uiuificare ualen
" tis, anathema sit. Quid manifestius
audire desideras? si studiosum nouæ cõ
tentionis animum studio antiquæ pacis
omittas: Non est ut sancta Synodus
definit, hæc caro alicuius de uulgo ho-
minis, non iusti & sanctificati hominis,
sed potius cui ipse unitus, id est incarna
tus est dei & hominis. Quod uero ait,

benedictiones mysticas, sic dictum accipe, quasi diceret secretas. Mysterium nanque, sicut beatus Augustinus in libro de catechizandis rudibus dicit, à secreto nomen accepit. Quid enim secretius, quàm panis uiniq; speciem conspicere, saporem gustare, tactum sentire, & tamen mirabiliter operante deo ueram carnem, uerumq; sanguinē credere, comedere, bibere? Has & huiusmodi scripturas per totum ferè diuinarum literarum corpus sparsim diffusas, si amoto inanis iactantiæ appetitu pro intentione uitæ æternæ humiliter legeres, si intra legendum effusis ad Dominum precibus impetrata diuina gratia intelligeres, si ea quæ ad literam accipi, & ea quæ spiritaliter oportet intelligi Christiana cautela distingueres, proculdubio crederes, quod uniuersalis ecclesia credit, prædicares quod Apostolica doctrina in tota mundi latitudine prædicandum instituit, carnem scilicet & sanguinem domini nostri Iesu Christi, & ore, & corpore, & ore cordis, hoc

Mysteriū unde.

est

est corporaliter & spiritaliter manducari & bibi. Corporali siquidem ore corporaliter mãducamus & bibimus, quoties de altari dominico ipsum dominicum corpus per manum sacerdotis accipimus. Spiritali uero ore cordis spiritaliter comeditur & hauritur, quando suauiter & utiliter, sicut beatus Augustinus dicit, in memoria reconditur, quod unigenitus dei filius pro salute mundi carnem accepit, in cruce pependit, resurrexit, apparuit, ascendit, uenturus in die iudicij dignas singulis mercedes rependere pro suis operibus. Quæ comestio tunc est utilis pauperibus Christi, si ad tanti diuitis tam magnam mensam sedentes sic edunt ut saturentur, sic recolunt, ut imitentur, parati semper mori pro Christo, mortificantes iugiter membra sua quæ sunt super terram, & crucifigentes carnem suam cum uitijs & concupiscentijs, sicut scriptum est: Ad mensam magnam sedisti, scito quàm talia te oportet præparare. De corporali commestione discipu

discipulis à Domino dicitur: Accipite, manducate & bibite, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Et: hic est calix saguinis mei, qui pro uobis effundetur. Et Apostolus ad Corinthios: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Spiritalem aūt commestionem demonstrare satagebat beatus Augustinus in Homelia uicesima sexta super Ioannem, cum diceret:
" Panem cœlestem spiritaliter manducate, innocentiam ad altare apportate. Et post pauca: Hic est ergo panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Sed quod pertinet ad uirtutem sacramenti, non quod pertinet ad uisibile sacramentū. Qui manducat intus non foris, qui maducat in corde, non qui premit dente. Quæ autem sit huius sacramenti uirtus, paulo post exponit dicens: Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligunt, fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi.

Et

„ Et post aliqua: Inde est quod exponēs
„ nobis Apostolus Paulus hunc panem,
„ unus panis, inquit, unum corpus multi
„ sumus. O sacramentū pietatis. O signū
„ unitatis. O uinculū charitatis. Propul
„ satis quantum satis uisum est calūnijs,
quas in contumeliam Humberti Epis
copi, sanctæq́ Romanæ ecclesiæ temere
protulisti, scripsisti, edidisti: reliquū est
ut fidem sanctæ ecclesiæ atq; opinionē
tuæ sectæ cōpēdiose exponamus, expo
sitis paucis autoritatibus, breuibusq́
rationibus unā probemus, alterā impro
bemus. Plurima enim ac prolixa uel te
stimonia scripturarū, uel firmamēta di
sputationum epistolaris breuitas inseri
nō permittit, nec ratio aut necessitas ul
la exposcit. Nā qui fideles sunt, seu de-
prauati prauitati suæ defendendæ perti
naciter nō insistunt, sed potius intelle
ctis autoritatibus, auditisq́ rationibus
ad uiam ueritatis humiliter reuerti con
cupiscunt, pauca eis & à paucis sufficere
re possunt. Qui uero contentionibus
 deseruire,

deseruire, atque in sua infidelitate persi-stere decreuerunt, nec si plura apponerentur possent pluribus esse contenti.

Credimus itaq; terrenas substantias, quæ in mensa dominica per sacerdotale mysterium diuinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter operãte superna potentia, conuerti in essentiã dominici corporis, reseruatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam alijs qualitatibus, ne percipientes cruda & cruenta horrerẽt, & ut credentes fidei præmia ampliora perciperent: ipso tamen dominico corpore existente in cœlestibus ad dexteram patris immortali, inuiolato, integro, incontaminato, illæso, ut uere dici possit & ipsum corpus, quod de uirgine sumptum est, nos sumere, & tamen nõ ipsum: ipsum quidẽ, quantũ ad essentiã ueraq; naturæ ꝓprietatẽ, atq; uirtutẽ: non ipsum autẽ, si spectes panis uiniq; speciem, cæteraq; superius cõprehensa. Hãc fidẽ tenuit à priscis tẽporibus, & nunc tenet ecclesia, quæ per totũ diffusa orbẽ catholica nominatur.

minatũ. Vnde ſicut ſuperius dictũ eſt Dominus in Euangelio: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis tradetur. Et: Hic eſt calix ſanguinis mei, myſteriũ fidei, qui pro uobis, et pro multis effundetũ in remiſſionem peccatorum. Beatus Ambroſius diſcernẽs ſacramentum Chriſtianorum à ſacramento Iudæorum, in ſermone de myſterijs ad Neophytos ſic ait: Conſidera
„ nunc utrum præſtantior ſit panis ange-
„ lorum, an caro Chriſti, quæ utique cor-
„ pus eſt uitæ: manna illud è cœlo, hoc ſu-
„ pra cœlum: illud cœli, hoc Domini cœ-
„ lorum: illud corruptioni obnoxium, ſi
„ in diem alterũ reſeruaretur, hoc alienũ
„ ab omni corruptione: quod quicunque
„ religioſe guſtauerit, corruptionem ſen-
„ tire non poterit: illis aqua de petra flu-
„ xit, tibi ſanguis è Chriſto: illos ad horã
„ ſatiauit aqua, te ſanguis diluit inæternũ.
„ Iudæus bibit & ſitit, tu cũ biberis ſitire
„ nõ poteris: & illud umbra, hoc in uerita-
„ te. Si illud quod miraris umbra eſt, quã-
„ tum iſtud cuius & umbram miraris?

Et

» Et paulopost: Cognouisti præstãtiora, » potior est lux quam umbra, ueritas quàm » figura, corpus autoris quàm manna de » cœlo. Forte dicas: Aliud uideo: Quo- » modo tu mihi asseris quod Christi cor- » pus accipiã? Et hoc nobis adhuc super- » est ut probemus. Quãtis igitur utimur » exemplis, probemus nõ hoc esse quod » natura formauit, sed quod benedictio » consecrauit, maioremque uim esse bene- » dictionis quàm naturæ, quia benedicti- » one etiam natura ipsa mutatur: Virgam » tenebat Moyses, proiecit eam, & facta » est serpens. Rursus prendit caudam ser- » pentis, & in uirgæ naturam reuertit. Vi- » des igitur prophetica gratia bis mutatã » esse naturã, & serpentis, & uirgæ. Cur- » rebant Aegypti flumina puro aquarũ » meatu, subito de fontiũ uenis sanguis » cœpit erumpere. Non erat potus in flu- » uijs. Rursus ad prophetæ uoces cruor » cessauit fluminũ, aquarũ natura remea- uit. Hijs & alijs huiusmodi miraculis quæ ineffabili diuinitatis operatione fi- unt enarratis, post aliqua subiungit:

Aduer-

» Aduertimus igitur maioris esse gratiã
» quàm naturã, & adhuc tamen prophe-
» ticæ benedictionis numeramus gratiã.
» Quod si tantum ualuit humana bene-
» dictio, ut naturam conuerteret, quid di-
» cimus de ipsa consecratione diuina, ubi
» uerba ipsa Domini saluatoris operant?
» Nam sacramentũ istud quod accipis,
» Christi sermone cõficitur. Quod si tan
» tum ualuit sermo Heliæ, ut ignem de
» cœlo deponeret, non ualebit Christi ser
» mo ut species mutet elementorum? De
» totius mundi operibus legisti, quia ipse
» dixit & facta sunt, ipse mandauit & cre
» ata sunt. Sermo ergo Christi qui potuit
» ex nihilo facere quod non erat, non po
» test ea quæ sunt in id mutare quod non
» erãt? Non enim minus est nouas rebus
» dare, quàm mutare naturas: Sed argu-
» mentis utimur, suis utamur exemplis,
» incarnationisq; astruamus mysterij ue
» ritatẽ. Nunquid naturæ præcessit, cum
» dominus Iesus ex Maria nasceretur? Si
» ordinẽ quærimus, uiro mixta fœmina
» generare cõsueuit. Liquet igitur quod
præter

„ præter naturæ ordinē uirgo generauit,
„ & hoc quod conficimus corpus ex uir-
„ gine est. Quid hic quæris naturæ ordi-
„ nem in Christi corpore, cum præter na-
„ turam sit ipse dominus Iesus partus ex
„ uirgine? Item in quarto de sacramen
„ tis. Tu forte dicis: Meus panis est usita
„ tus. Sed panis iste panis est ante uerba
„ sacramentorũ. Vbi accesserit consecra-
„ tio, de pane fit corpus Christi. Et pau
„ lo post: Cœlum non erat, mare nõ erat,
„ terra non erat. Sed audi dicentē Dauid:
„ Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit
„ & creata sunt. Ergo tibi ut respõdeam,
„ non erat corpus Christi ante consecra-
„ tionem, sed post consecrationem dico
„ tibi quia iam est corpus Christi. Ipse di
„ xit & factum est, ipse mandauit & crea
„ tum est. Et post aliqua: Antequã con
„ secretur panis est, ubi autē uerba Chri-
„ sti accesserint, corpus est Christi. Deni-
„ que audi dicentem: Accipite & edite ex
„ eo omnes, hoc est enim corpus meum.
„ Et ante uerba Christi, calix est uini &
„ aquæ plenus, ubi uerba Christi opera-
ta fue-

„ ta fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebē
„ redemit. Ergo uidete, quantis generi-
„ bus potens est sermo Christi uniuersa
„ conuertere. Deinde ipse dominus Iesus
„ testificatur nobis, quod corpus suū acci
„ piamus & sanguinem. Nunquid debe
„ mus de eius fide & testificatione dubi-
„ tare? Item in sexto de sacramētis, quod
„ & superius dictū est: Sicut uerus est dei
„ filius dominus noster Iesus Christus,
„ non quēadmodū homines per gratiā,
„ sed quasi filius substantia patris, ita uera
„ eius caro est, sicut ipse dixit, quā accipi-
„ mus, & uerus sanguis eius est quem po
„ tamus. Sed forte dicas, quod dixerunt
tunc tēporis etiā discipuli Christi, audi-
entes dicentē: Nisi quis manducauerit
carnē meā & biberit sanguinē meū non
manebit in me, nec habebit uitā æternā.
Forte dicas: Quomodo uero q similitu
dinē uideo, nō uideo sanguinis ueritatē?
Primo omniū dixi tibi de sermone Chri
sti, qui operatur ut possit mutare & con
uertere genera instituta naturæ. Deinde
ubi nō tulerūt sermonē Christi discipuli
eius,

eius., audientes quod carnem ſuam da-
ret manducare, & ſanguinem ſuum da
ret bibendum, recedebant, ſolus autem
Petrus dixit: Verba uitæ æternæ habes,
& ego à te quò recedã? Ne igitur plures
hoc dicerẽt, ueluti quidam eſſet horror
cruoris, ſed maneret gratia redemptio-
nis; ideo in ſimilitudine quidem accipis
ſacramentum, ſed ueræ naturæ gratiam
uirtutemq́ꝫ conſequeris: Ego ſum, inqt,
panis uiuus, qui de cœlo deſcendi. Sed
caro non deſcendit de cœlo, hoc eſt, car
nem in terris aſſumpſit ex uirgine, quo
modo ergo deſcẽdit panis è cœlo, & pa
nis uiuus? quia idem dominus noſter
Ieſus Chriſtus conſors eſt diuinitatis, et
corporis: & tu qui accipis carnem, diui-
næ eius ſubſtantiæ in illo participaris a-
limento. Item in epiſtola ad Irenæum:
„ Quæris à me, cur Dominus deus man-
„ na pluerit populo patrum, & nunc non
„ pluat? Si cognoſcis pluit, & quotidie
„ pluit de cœlo manna ſeruientibus ſibi.
„ Et corporeum quidem illud manna ho
„ die pleriſq́ꝫ in locis inuenitur, ſed nunc
non

» non est tanti res miraculi, quia uenit
» quod perfectum est. Perfectum autem
» panis de cœlo, corpus ex uirgine est, de
» quo in Euãgelio te docet. Quanto præ
» stãtiora hæc superioribus? Augustinus
in Homelia secũda psalmi tricesimi ter-
» tij. Accesserunt Iudæi ad Christum ut
» crucifigerent, nos ad eum accedamus
» ut corpus & sanguinẽ eius accipiamus.
» Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos man
» ducando crucifixum & bibendo illumi
» namur. Et post aliqua: Vere magnus
» Dominus, & magna misericordia eius,
» uere qui nobis dedit manducare corpus
» suum, in quo tanta perpessus est, & san
» guinem bibere. Item in Homelia psal
mi quadragesimi quinti ad Iudæos lo-
» quens: In illius nomine quem occidi-
» stis baptizamini, & dimittuntur uobis
» peccata uestra. Medicum uel postea co
» gnouistis, iam securi bibite sanguinem
» quem fudistis. Item in Homelia psal
» mi sexagesimi quinti: Modo homici-
» dis donatus est sanguis fusus innocen-
» tis, & ipsum sanguinem, quem per insa

„ saniam fuderunt, per gratiam biberent.
Item in Homelia psalmi nonagesimi
„ octaui: Quæro quid sit scabellum pedũ
„ eius, & dicit mihi scriptura: Terra sca-
„ bellum pedum meorum: fluctuans con
„ uerto me ad Christũ, quia ipsum quæ-
„ ro hic, & inuenio quomodo sine impie-
„ tate adoretur terra, sine impietate ado-
„ retur scabellum pedum eius. Suscepit
„ enim de terra terram, quia caro de terra
„ est, & de carne Mariæ carnem accepit,
„ & quia in ipsa carne hic ambulauit, &
„ ipsam carnem nobis manducandam ad
„ salutem dedit. Nemo autem illam car-
„ nem manducat, nisi prius adorauerit,
„ inuentum est quemadmodum adore-
„ tur tale scabellum pedum Domini, &
„ non solum nõ peccemus adorando, sed
„ peccemus nõ adorando. Et paulo post:
„ Tunc autẽ quando Dominus hoc com
„ mendans de carne sua locutus erat &
„ dixerat: Nisi quis manducauerit carnẽ
„ meam, non habebit in se uitam æternã
„ Scandalizati sunt discipuli eius quidã
„ septuaginta ferme, & dixerunt: Du

rus,

" rus est hic sermo, quis potest eum intel
" ligere? Et recesserunt ab eo, & amplius
" cum eo non ambulauerunt. Durum il-
" lis uisum est quod ait: Nisi quis man-
" ducauerit carnem meam nō habebit ui-
" tam æternam. Acceperunt illud stulte,
" carnaliter illud cogitauerunt, & putaue
" runt quod præcisurus esset Dominus
" particulas quasdam de corpore suo, &
" daturus illis, & dixerunt: Durus est
" hic sermo. Ipsi erant duri, non sermo.
" Et paucis intermissis, spiritaliter, in-
" quit, intelligite quod locutus sum:
" Non hoc corpus quod uidetis mandu-
" caturi estis, & bibituri illum sanguinē
" quem fusuri sunt qui me crucifigent.
In hijs postremis beati Augustini uer-
bis exultas, hic uicisse te, & superiorem
esse gloriaris, hic firmamentum tuæ de-
fensionis te inuenisse gratularis. Quo-
modo, inquis, persuadere contendis ꝙ
ueram carnem uerumq́ꝫ sanguinem in
hoc sacramento sumamus, cum mani
feste audias, ꝙ corpus quod uidebāt nō
essent discipuli comesturi, neq́ꝫ bibituri

 sanguinē

ſanguinem quem crucifigētes erant fu ſuri. Calumnioſa quidem iſta obiectio eſt: Qui enim ſuperius teſtatus eſt, ꝙ carnē quam de matre uirgine ſumpſit, & in qua in terris ambulauit, ad manducandū nobis ſalubriter tribuit, quomodo huic tam præclaræ ſententiæ alia contraria ſententia potuit obuiare? Abſit à ſobrio lectore, & catholico expoſitore, tam peruerſe ſentire de Columna eccleſiæ, firmamento ueritatis, de quo Celeſtinus Papa in Decretis ſuis aſſerit, quod nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis rumor dum uiueret eū aſperſerit. Imò reuera id dixit quod catholica eccleſia in omnibus membris ſuis fideliter fatetur & credit: quodq; ego in profeſſione fidei breuiter ſuperius poſui, breuiter comprehendi, uidelicet ipſum eſſe corpus, & non ipſum. Neque enim eo quo ipſi putabāt modo credimus, quod uiſibile Chriſti corpus comedamus, aut ſanguinem, quem fuſuri & oculis ſuis conſpecturi erant perſequentes bibamus, ſed potius id credimus quod nō ui

demus,

demus,ut ualeat esse fides, quæ non potest esse, si res quæ creduntur corporalibus sensibus constiterit subiacere. Unde exponens quod obscure posuit: Etsi necesse est, inquit, illud uisibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi: Existimabant nanque quod præciperet eis Dominus aut bestiali, aut humano more comedere corpus quod uidebant, aut bibere sanguinē quē persequentes fusuri erant: hoc est autē crudū, aut aqua coctū, aut substratis carbonibus in uerubus assum. Hanc carnalē eorū intelligētiā redarguēs Dominus in Euāgelio secundum Ioannē dicit: Spiritus est qui uiuificat, caro autē non prodest quicquam. Quod exponēs beatus Augustinus in uicesima septima eiusdē Euangelij Homilia ait:

" Quid est ergo, non prodest quicquā caro? Non prodest quicquam, sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere deliniatur, aut in macello uēditur, non quomodo spiritu uegetatur.

De hijs hactenus. Ad propositum reuertamur.

mur. Augustinus in Homelia unde/
„ cima super Ioannem: In populo enim
„ Iudæorum figuratus est populus Chri/
„ stianorum. Ibi figura, hic ueritas: ibi
„ umbra, hic corpus. Item in Homelia
„ tricesima prima: At illi uiderunt Chri/
„ stum suo scelere morientẽ, & credi/
„ derunt in Christum suis sceleribus igno
„ scentem. Quousque biberant sangui/
„ nem quem fuderant, de sua salute de/
„ sperauerant. Item in quadragesima:
„ Qui sæuientes occiderunt, mutati cre/
„ diderunt: & quem sanguinem sæuien/
„ do fuderunt, credendo biberunt.
„ Item in sermone ad Neophytos: Hoc
„ accipite in pane quod pependit in cru/
„ ce, & hoc accipite in calice, quod ef/
„ fusum est de Christi latere. Erit enim
„ illi mors non uita, qui mendacem pu/
„ tauerit uitam. Item quarto in libro
„ de trinitate: Apud eum paucissimi re/
„ manserunt agnoscentibus Gentibus,
„ & pia humilitate bibentibus pretium
„ suum, eius'que fiducia deserentibus
„ hostem suum. Et in subsequenti Ca/
pitulo

" pitulo post aliqua: Quid tam mundũ
" pro mundãdis uitijs mortalium, quàm
" sine ulla cõtagione carnalis cõcupiscen
" tiæ caro nata in utero, & ex utero uirgi
" nali? Et quid tam grate offerri & suscipi
" posset, quàm caro sacrificij nostri cor-
" pus effectũ sacerdotis nostri? LEO in
sermone de ieiunio septimi mensis:
" Hanc confessionem, dilectissimi, toto
" corde promentes, impia hæreticorum
" commenta respuite, ut ieiunia uestra
" & eleemosynæ nullius erroris contagio
" polluãtur. Tunc enim & sacrificij mun
" da est oblatio, & misericordiæ sancta
" largitio, quando hij qui ista dependunt
" quod operantur intelligunt: Nam di-
" cente Domino: Nisi manducaueritis
" carnem filij hominis, & biberitis eius
" sanguinem, non habebitis uitam in uo-
" bis: Sic sanctæ mensæ communicare
" debetis, ut nihil prorsus de ueritate cor
" poris Christi & sanguinis ambigatis:
" Hoc enim ore sumitur, quod fide cre-
" ditur. Et frustra ab illis, amen, respon
" detur, à quibus contra id quod acci-

pitur disputatur. Item in epistola Anatholio Episcopo missa: Aliter enim
" in ecclesia dei, quæ corpus est Chri-
" sti, nec rata sunt sacerdotia, nec uera sa
" crificia, nisi in nostræ proprietate natu-
" ræ uerus nos Pontifex reconciliet, ue-
" rus immaculati agni sanguis emundet.
" Qui licet in patris sit dextera constitu-
" tus, in eadem tamen carne, quam su-
" mpsit ex uirgine, sacramentũ propitia-
" tionis exequitur. Item in sermone de
" passione Domini: Fefellit ergo illum
" malignitas sua, intulit supplicium filio
" dei, quod cunctis filijs hominũ in reme
" diũ uerteretur: Fudit sanguinẽ iustũ, qui
" reconciliando mundo & prætium esset
" & poculũ. Sanctus Gregorius in Ho
" melia paschali: Quid nanque sit san-
" guis agni, non iam audiendo sed biben
" do didicistis: Qui sanguis super utrũq;
" postem ponitur, quando nõ solum ore
" corporis, sed etiam ore cordis hauritur.
Hijs diuinorũ eloquiorum testimonijs, quæ ex multis cõpendij causa pauca excerpsi, clare ut arbitror innotescit, quod

uera

uera Christi caro, uerusq; eius sanguis in mensa dominica immoletur, comedatur, bibatur, corporaliter, spiritaliter, incoprehensibiliter. Et ne quis peruersus atq; peruersor aliter ea intelligeret uel exponeret, quàm uniuersalis ecclesiæ spiritales filij intelligunt & exponunt, facta sunt tam antiquis quàm modernis temporibus in diuersis ecclesijs huic fidei cõgrua miracula, quãdo, uel ubi, & quibus tantũ secretum demonstrare uoluit æterna dei sapientia, cui nulla sunt non possibilia, attingens à fine usq; ad finem fortiter, atq; suauiter dispones omnia. Quæ miracula esse facta ignorat nullus, quisquis in ecclesiasticis historijs seu sanctorũ patrum gestis est aliquantulũ studiosus. Quæ scripturæ tametsi illam excellentissimã autoritatis arcem non obtinent, qua do natæ sunt quas propheticas seu apostolicas nuncupamus, hoc tamen probare sufficiunt, quod hanc fidem quã nunc habemus, omnes fideles quos præcesserunt à priscis temporibus habuerunt.

Historiarum ecclesiasticarũ fides.

S 5 Alio-

Alioquin cum in decretis Romanorũ pontificum sacrisq́ Canonibus apocryphæ scripturæ nominatim dãnatæ sint, hæ quoq́ specialiter damnarentur, nec in ecclesia catholica à catholicis solenniter legerentur. Aduersus tantã diuinarũ autoritatũ lucem quæstionis caliginem opponere non desistis dicens: Quod tu uerum Christi corpus asseris esse, in sacris literis apellatur species, similitudo, figura, signum, mysteriũ, sacramentũ. Hæc autem uocabula ad aliquid sunt, nulla uero quæ ad aliquid referunt possunt esse id quod sunt ea ad quæ referũtur, non est igitur corpus Christi. Hoc enim in quodam scripto tuo diuersis ac prolixioribus uerbis, sed nõ mutata sententia reperi, hoc garriunt discipuli atque sequaces tui subuersores quidem aliorũ, & ipsi auro & argento, cæteraq́ pecunia tua à te subuersi, errantes & alios in errorem mittentes, non intelligentes, sicut dicit Apostolus, neq́ quæ loquũtur, neq́ de quibus affirmant. Verũ hijs uocabulis in nullo præscribit fidei

qua

qua credimus, & ueritati quam defen/
dimus. Species nanque & similitudo il
larum rerum uocabula sunt quæ ante
fuerunt, ex quibus corpus Christi san/
guisqꝫ conficitur: Panem dico ac uinũ.
Vnde in fine cuiusdam missæ oratur
„ & dicitur: Perficiant in nobis Domine
„ quæsumus tua sacramenta quod con/
„ tinent, ut quæ nunc specie gerimus, re/
„ rũ ueritate capiamus. Postulat quippe
Sacerdos, ut corpus Christi quod sub
specie panis uiniqꝫ nunc geritur, mani/
festa uisione sicuti reuera est quandoqꝫ
capiatur. Veritas enim pro manifesta/ *Veritas.*
tione in sacris sæpe literis reperitur. De
qua manifesta uisione Dominus in E/
uangelio secundũ Ioannem discipulis *Manife-*
dicit: Qui autem diligit me, diligetur à *stare.*
patre meo, & ego diligam eum, & mani *Ostende-*
festabo ei meipsum. Et Dauid in per/ *re.*
sona dei patris: Longitudine dierum re
plebo eum, & ostendã illi salutare me/
um. Quamuis non improbabiliter qui/
dam exponant hoc in loco esse carnis
ac sangui/

ac ſanguinis ueritatē ipſam eorundem efficientiam, id eſt, peccatorū remiſſionem. Illis nanq; omnibus modis uera Chriſti caro ac ſanguis exiſtit, qui digne percutiūt, qui percutiendo delictorum indulgentiā conſequuntur. Vnde in Canone miſſæ ſacerdos dicit: Vt nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti. Nobis, inquā, id eſt, credentibus & miſericordia tua digne ſumētibus. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciū ſibi mãducat & bibit. Hinc & ſanctus Gre
" gorius in quarto dialogi libro: Tunc ue
" ra pro nobis deo hoſtia erit, cū noſmet
" ipſos hoſtiam fecerimus. Eſt quidem
" etiam peccatoribus & indigne ſumenti
" bus uera Chriſti caro uerusq; ſanguis,
" ſed eſſentia non ſalubri efficientia. Huius rei teſtis eſt beatus Auguſtinus in
" quinto libro de baptiſmo dicens: Sicut
" enim Iudas cui buccellam tradidit Do
" minus, nō malum accipiendo, ſed male
" accipiendo locū in ſe diabolo præbuit,
" ſic indigne quiſq; ſumens dominicum

ſacramen-

ſacramentum, non efficit, ut quia ipſe malus eſt malum ſit, aut quia non ad ſalutem accipit nihil acceperit. Corpus ẽm Domini & ſanguis Domini, nihilo minus erat etiam illis, quibus dicebat Apoſtolus: Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat & bibit. Ambroſius in ſexto de ſacramẽtis: Quomodo uera, q ſimilitudinẽ uideo, non uideo ſanguinis ueritatẽ? Et paulo poſt: Ideo in ſimilitudinẽ quidẽ accipis ſacramentum, ſed ueræ naturæ gratiam uirtutemq; cõſequeris. Similitudinem hoc in loco nullo dubitãte panis uiniq; ſpeciẽ intelligit, ſub qua corporis Chriſti natura cõtegitur, & ſine cruoris horrore à digne ſumẽtibus in ſalutem accipitur. Inuenitur etiã ſpecies ſimilitudo, figura pro ueritate. Vnde Dominus in Euangelio ſecundũ Ioannem. Neq; uocem eius unq; audiuiſtis, neq; ſpeciẽ eius uidiſtis. Apoſtolus ad Corinthios: Per fidem enim ambulamus & nõ per ſpeciem. Ambroſius in libro de myſterijs. Speciem autem & pro ueritate accipiendã

piendā legímus, legímus & de Christo, ut: De specie inuētus ut homo. Et de pa tre deo: Neq; speciē eius uidistis. Itē in
» IIII de fide ad Gratianū: Caro eñ mea
» uere est esca, & sāguis meus uere est po
» tus: carnē audis, sanguinē audis, mortis
» dñicæ sacramēta agnoscis. Et paulo post
» Nos aūt quotiescūq; sacramenta sumi
» mus, quæ per sacræ oratiōis mysteriū in
» carnē trāsfigurātur & sanguinē, mortē
» annūtiamus. Augustinus in libro de ca
» techizādis rudibus: Efficiemur eñ sicut
» ab illo speramus & expectamus, æqua
» les angelis dei, & cū eis pariter illa trinita
» te perfruemur iā per speciē, in qua nūc
» per fidē ambulamus. Apostolus ad Phi lippēses: In similitudinē hominū factus & habitu inuētus ut homo. Item ad He bræos: Qui cū sit splēdor gloriæ, & figu ra substātiæ eius. Porrò signū, mysteriū, sacramentum, & si quid huiusmodi est, dominicæ passiōis designatiua nomina sunt, si tamē sacramētū ea significatiōe accípiatur, qua sacrū esse signū in libro de ciuitate dei à beato Augustino diffi nit. Vnde beatus Gregorius in IIII dia-

" logi libro. Hæc nãq; singularis uictima
" ab æterno interitu animã saluat, quæ illã
" nobis mortẽ unigeniti per mysteriũ re-
" parat. Et paulo post: Hinc ergo pense
" mus quale pro nobis sit hoc sacrificiũ,
" quod pro absolutione nostra passionẽ
" unigeniti filij semper imitatur. Et post
" aliqua: Qui passionis dominicæ myste
" ria celebramus, debemus imitari quod
" colimus. Item in Homelia paschali: In
" utroq; etenim posti agni sanguis posi-
" tus est, quãdo sacramẽtũ passionis eius
" cum ore ad redemptionẽ sumit, ad imi-
" tationẽ quoq; intenta mente cogitatur.
Sacramentum sanè in diuinis codicibus non una tantũ significatione positũ reperitur. Denicq; sanctus Ambrosius in libro ad Gratianũ apparuisse dicit hominibus unigenitũ patris per sacramentũ assumpti hominis. Quod tantundẽ significat, quantũ si diceret apparuisse eũ per hominẽ quem assumpsit, & quem diuinitati suæ dignũ habitaculũ cõsecrauit. Habet autem & alias significationes, de quibus satis superius dictũ est.

Quod

Quod uero panis dicitur, cõsueto sacrorum codicum more id fit, qui res quaslibet sæpe uocant nominibus illarum rerum ex quibus fiunt, seu quæ esse putãtur & non sunt, siue quibus aliquo modo similes existunt. Vnde beatus Hieronymus in secũdo explanationum libro in Osee. Postq autem reuersa fuerit terra in terrã suam, & tam nos qui scribimus quàm eos qui de nobis iudicãt pallida mors subtraxerit. Et superbo homini à uiro sapiẽte dicitur. Quid superbis terra & cinis? Et Abraham tres uiros uidisse legitur, cum essent angeli. De qua re beatus Augustinus in secundo libro De trinitate dicit: Sub ilice Mãbre tres uiros uidit Abraham, quibus & inuitatis hospitioq susceptis, & epulãtibus ministrauit. Et in libro Iudicũ, mulier sterilis ad uirum suũ de angelo dicit: Vir dei uenit ad me: Et paulo post. Ecce apparuit mihi uir quẽ uideram ante. Et post aliqua: Et nesciebat Manoẽ quod angelus dei esset. Et beatus Hieronymus in eodem explanationum libro sup Osee

prophetam

prophetam de deo dicit: Quasi tinea effi citur & putredo: Non quod deus tinea sit uel putredo, sed sustinentibus pœnas hæc uniuersa uideantur. Et in Euangelio secundum Ioannem: Maledixerunt ei & dixerunt: Tu discipulus eius sis: Cum non maledictio sit, sed benedictio esse discipulum Christi. Vnde beatus Augustinus in expositione Euan Ioan. 9.
» gelij eiusdem dicit: Tale maledictum
» super nos, & super filios nostros: Ma
» ledictum est enim si cor discutias, non
» si uerba perpendas. Et in Euangelio secundum Matthæum, & similiter secundum Lucam: Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris. De qua sententia beatus Augustinus in secundo libro de sermone Domini
» in monte sic disputauit: Quomodo
» mali dant bona, si malos appellauit di
» lectores seculi huius & peccatores? Bo
» na uero quæ dant, secundum eorum sen
» sum bona dicenda sunt, quia hæc pro
» bonis habent. Et dominus Iesus Chri-

ſtus propter quaſdam ſimilitudines in
ijſdem literis uocatur leo, agnus, uer-
mis, lignum, petra, lapis angularis, mul
taq; in hunc modū, ſic & corpus Chri-
ſti uocatur panis, uel quia ex pane con
ficitur, ſeu quia contuentiū oculis cum
caro ſit panis uidetur, ſeu quod corpo-
rali & uiſibili pani ſimilitudine quadam
coniungitur. Nam ſicut iſte materialis
panis diſcrete ſumptus humanā carnē
nutrit & ſuſtentat, ſic ſpiritale & inuiſi-
bile corpus Chriſti animā digne ſumen
tis alit & uegetat. Adhuc obijcis, & au-
toritate Ambroſij ipſum Ambroſium
infirmare moliris, dicens: Ambroſius
„ in libro de ſacramentis ait: Sicut enim
„ mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiā
„ ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis.
Hæc uerba exponens, quid compara-
tius, inquis? quid ſimilius? Negari
non poteſt, beatum Ambroſium ſacra-
mento baptiſmi ſacramenta compara-
uiſſe altaris. Non eſt autē uera Chriſti
mors in baptiſmo, igitur nec uerus eius
ſanguīs

sanguis in hoc sacramento. Pace tua dictum sit, multum falleris in hac uerborum intelligentia. Neq; enim similitudinis aduerbia identitatē seu æqualitatē ubiq; posita significant. In Euangelio nanque Saluator dicit: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Non tamen eadem, seu æqualis misericordia potest inesse deo & hominibus. Et in Euangelio secundum Ioannem: Et ego, inquit, claritatem quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum sicut & nos unum sumus. Et alibi: Dilexisti eos sicut & me dilexisti. Vnde & beatus Augustinus in expositione eiusdem Euangelij ait: Neque enim semper æqualitatē significat qui dicit: Sicut illud, ita & illud: sed aliquādo tantū: quia est illud, est & illud: aut quia est illud, ut sit & illud. Est aliud quod obijcitis, quod cōcessa loquendi facultate multis in locis clamatis & dicitis: Si panis in uerā Christi carnē conuertitur, aut panis sustollitur in cœlū, ut illic in Christi carnē

Similitudinis aduerbia nō semper æqualitatem significant.

t 2 trans-

transferatur, aut caro Christi in terram defertur, ut istic in eam panis commutetur. Atqui nec panis sustollitur, nec caro defertur. Non est igitur uera caro in quam panis conuertitur. Hoc uos colligitis secundum humanam sapientiam, non secundum diuinam. Humana autem sapiētia perquiri diuina opera prohibet Apostolus ad Romanos, dicens:
Rom. 12. Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et ad Corin
1. Cor. 2. thios: Sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei. Et ad
Coloss. 2. Colossenses: Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominū, secundum elementa mundi. Et beatus
„ Gregorius in Homelia paschali: Sciendum, inquit, nobis est, quod diuina operatio si ratione comprehenditur, nō est admirabilis, nec fides habet meritū

cui

„ cui humana ratio præbet experimentū.
Propterea in tanta rerum profunditate
magis oportuit te orare Dominum, ut
aut intelligeres quæ pro humana capa
citate intelligi possunt: aut patiēter, aut
humiliter ferres, & tamē crederes quæ
in tanto arcano humani ingenij uires
excedunt, & in hac uita intelligi mini-
me possunt, quàm litem mouere, ab u-
niuersali ecclesia dissentire, nouū schis-
ma uerbis & scriptis contra sanctorum
patrum præcepta inferre. Profecto hoc
modo ageres, quod agi oportere præce
pit legislator dicens: Ne transgrediaris
terminos patrum. Et beatus Augusti-
nus in primo libro de sermone Domini
„ in monte. Quod uero, inquit, aut ob-
„ scurum aut absurdum illi sonat, non in-
„ de concitet contradictionum certami-
„ na, sed oret ut intelligat. Et in libro ter
„ tio de Trinitate: Mihi autem, ait, utile
„ est ut meminerim uirium mearum, fra
„ tresq́ meos admoneam, ut meminerint
„ suarum, ne ultra quàm tutum est huma

„ na progrediatur infirmitas. Et in libro
„ contra Felicianum hæreticum: Scriptu
„ rarum autoritate contentus, ſimplicita-
„ ti obedire potius ſtudeo quàm tumori.
„ Et paulo poſt: Quam rationem afferre
„ potes, ſi partum prædicas uirginis? ſi red-
„ ditos oculos non negas cæcis? ſi ſepul-
„ tos oſtendas rediſſe à mortuis? Si ergo
„ horum & incomprehenſibilis eſt ratio,
„ & ueritas prompta eſt, facilius in nego-
„ cijs fidei teſtimonijs creditur quàm ra-
„ tio ueſtigatur. Probatis quæ probari
oportebat, & excluſis quæ excludi ra-
tio ſuadebat, iam tandem quid tu cre-
das, & credulitatem tuam quid ſequa
tur uideamus. Tu credis panē uinumq́;
dominicæ menſæ inter conſecrandum
quantum ad ſubſtantiā immobilia per-
manere, hoc eſt panem & uinum exti-
tiſſe ante conſecrationem, & panem ui
numq́; exiſtere poſt cōſecrationē. Chri
ſti carnem ac ſanguinem propterea uo-
cari, quod in memoriā crucifixæ carnis
& de latere effuſi ſanguinis in eccleſia
cele-

brentur, ut dominicam passionem per hoc admoniti semper recolamus, & recolentes carnē nostram cum uitijs & cōcupiscentijs incessanter crucifigamus. Quæ si uera sunt, præstātiora & diuiniora fuerunt sacramenta Iudæorum sacramētis Christianorū. Quis enim nesciat, manna quod de cœlo pluebat Dominus, seu animatas & sensibiles creaturas quas populus ille sacrificare consueuerat, parua bucella panis modicoq; uini præstantiores extitisse? Rursus quis nō intelligat diuinius fuisse prænuntiare futura quàm narrare præterita, cum illud non possit facere nisi spiritu dei plenus? Hoc autem sæpe faciat idiota etiam uel quilibet imperitus. Sed absit hoc à fidelium corde & Christiana intelligentia. Christi nanq; miles Ambrosius illa inferiora, hæc potiora & digniora esse in libro de mysterijs cōfirmat, di-
„ cēs: Summo studio uolumus probare,
„ quia & antiqora sunt sacramēta ecclesiæ
„ q̄ synagogæ; & præstātiora quàm man

„ na est. Et paulo post: Probatum est an
„ tiquiora esse ecclesiæ sacramenta, nunc
„ cognosce potiora. Et post aliqua: Co
„ gnouisti præstantiora, potior est lux quam
„ umbra, ueritas quàm figura. Item in
„ quarto de sacramentis: Accipe quæ di
„ co diuiniora esse sacramenta Christia-
„ norum quàm Iudæorũ. Ergo falsa sunt
quæ proponis. Amplius, si uerum est
quod de corpore Christi tu credis & astruis, falsum est quod ab ecclesia u-
bique gentiũ de eadẽ re creditur & astrui-
tur. Omnes enim qui Christianos se & esse dicique lætantur, ueram Christi car-
nẽ, uerumque eius sanguinẽ, uera utraque sumpta de uirgine, in hoc sacramẽto se
percipere gloriantur. Interroga uniuer
sos qui latinæ linguæ nostrarumúe li-
terarum notitiam perceperunt: Inter-
roga Græcos, Armenios, seu cuiusli-
bet nationis quoscunque Christianos
homines uno ore hanc fidem se testa-
buntur habere. Porrò si uniuersalis ec
clesiæ fides falsa existit, aut nunquam

fuit

fuit catholica ecclesia, aut perijt. Nihil nanque efficacius ad interitum animarum, quàm perniciosus error. Sed non fuisse, aut perijsse ecclesiam, catholicus nemo consenserit. Alioqui non est uerum quod Abrahæ Veritas promisit, dicens: In semine tuo benedicetur omnes gentes. Item in Psalmo: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Item: Reminiscentur & conuertentur ad Dominum uniuersi fines terræ. Et alibi: Quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos, à solis ortu, ab aquilone & mari. Item beatus Augustinus in prima expositionis psalmorum parte: Ecclesia magna quid est fratres? Nunquid exigua pars orbis terrarum ecclesia magna est? Ecclesia magna, totus orbis est. Item in eadem: Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Quam magna? Toto orbe terrarum. Quam magna? In omnibus gentibus. Quare in omnibus gentibus? Quia

Psal. 2.

Psal. 106.

in omnem terram exiuit ſonus eorum.
» Item in tertia eiuſdẽ operis parte: Cor-
» pus Chriſti conſtat ex multis credenti-
» bus in toto orbe terrarũ. Item in eadẽ:
» Tabernaculum Domini eſt ipſa ſancta
» eccleſia in toto orbe terrarum diffuſa.
» Et alibi: Chorus Chriſti iam totus mun
» dus eſt: Chorus Chriſti ab oriente in oc
» cidentẽ conſonat. Item in libro de ago-
» ne Chriſtiano: Nec eos audiamus, qui
» ſanctam eccleſiam, quæ una catholica
» eſt, negant per orbem eſſe diffuſam. Et
» quibuſdam intermiſſis. Populus autẽ
» ipſius, inquit, quando non audit Pro-
» phetas & Euangeliũ, in quibus aper-
» tiſſime ſcriptũ eſt, eccleſiam Chriſti per
» omnes Gentes eſſe diffuſam, & audit
» ſchiſmaticos, non dei gloriã quærẽtes,
» ſed ſuam, ſatis ſignificat ſe ſeruum eſſe
» non liberum. Et Dominus in Euange
lio: Ager eſt hic mũdus. Et paulo poſt:
Simile eſt regnũ cœlorũ ſagenæ miſſæ
in mare, & ex omni genere piſcium con
greganti. Et ad diſcipulos: Ite in orbem

terrarum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Aduersus tam clara ipsius Domini & sancti spiritus eius de ecclesia, & de statu ecclesiæ testimonia, obijcis tu, & obijciũt qui à te decepti alios decipere moliuntur, itaq; dicitis: Prædicatum est Euangeliũ in omnibus gentibus, credidit mũdus, facta est ecclesia, creuit, fructificauit, sed imperitia male intelligentiũ postea errauit & perijt. In nobis solis, & in hijs qui nos sequũtur sancta in terris ecclesia remansit. Hanc sacrilegam uanitatem euertit Euangelica ueritas, & Prophetarũ atq; sanctorũ patrum non uiolanda autoritas. Vnde ecclesiæ suæ sanctæ in Euãgelio suo Dominus pollicetur dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Quod minime diceret, si ecclesiam suã ante consummationem seculi peritura esse prænosceret. Et alibi: Nũc si quis uobis dixerit: ecce hic Christus, aut ecce illic, nolite credere. Augustinus in secunda psalmorum

expositionis

» expoſitionis parte. Corpus autem eſt
» eccleſia, non iſta aut illa, ſed toto orbe
» diffuſa. Item in eadem: Spes omnium
» finium terræ, non ſpes unius anguli, nõ
» ſpes unius Iudææ, non ſpes ſolius Afri
» cæ, non ſpes Pannoniæ, non ſpes orien
» tis aut occidentis, ſed ſpes omniũ fini-
» um terræ, & in mari longe. In eadem:
» Hæc prophetia ꝓpter eos præmiſſa eſt,
» qui putant religionẽ nominis Chriſtia-
» ni uſq; ad certum tempus in hoc ſeculo
» uicturam, & poſtea non futuram. Per-
» manebit autem cum ſole, quàm diu ſol
» oritur & occidit, hoc eſt quàm diu tem
» porà iſta uoluentur, non deerit eccleſia,
» id eſt, Chriſti corpus in terris. Item in
» eadem: Domum tuam Domine decet
» ſanctitudo, domum tuam totam, do-
» mum tuam non hic, aut hic, aut ibi, ſed
† *totam* domum tuam † tantum per totum or-
» bem terrarũ. Quare per totum orbem
» terrarum? Quia correxit orbem terræ
» qui non commouebitur. Domus Do-
» mini fortis erit. Per totum orbem ter-